

CATALOGVS BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE

TOMVS I

AVCTORES ANTIQVOS
SACROS ET PROFANOS
OPERA VARIA, SCRIPTORES HISTORIAE
LITTERARIAE, PHILOLOGOS, EPISTOLOGRAPHOS,
RHETORES ET POETAS
EXHIBENS,
IN PARTES TRES TOTIDEMQVE VOLVMINA
DISTRIBVTVS.



B. Picart del. 1735.

LIPSIAE
IMPENSIS VIDVAE B. CASP. FRITSCHII.
TYPIS BREITKOPFIANIS.
CIↃ IↃ CC L.

LECTORI

S. D.

I. M. FRANCKIVS

ILLVSTRISS. COMITIS BVNAVII a BIBLIOTHECA.

Quo magis eſt hoc totum Catalogi Bibliothecae Bunauianae inſtitutum nouum et a conſueto deuium, ad vſum tamen publicum apprime comparatum, eo magis conſilium, rationem et finem eius, adcurate tibi, quicunque haec legis, explicari, et tua, et noſtra, qui haec damus, ne indicta cauſſa iudicemur, intereſt. Quod dum facere, quam fieri poteſt breviſſime, iubeor, de vſu hiſtoriae litterariae et neceſſitate librorum notitiae multa hic diſſerere nec licet, nec libet, cum pluribus, iisdemque clariſſimis, ingeniorum monumentis iſtud argumentum frequentatum ſit. Neque in tanta libro-

rum copia et varietate, quibus inde ab artis typographicae inuentae tempore ornata partim, partim onerata, eſt respublica litteraria, dubium, opinor, cuiquam erit, cognitionem eorum ſolidam et adcuratam, eruditionis hodiernae partem facere non minimam, ideoque optime, qui re conſiliisque iuuare hoc ſtudiorum genus contendant, de publicis mereri, commodis. Expetitus iam diu eſt, et diutius expoſcetur, conſentientibus omnium eruditorum votis, Index librorum vniuerſalis, ſuis numeris abſolutus. Cogitanti enim, in immenſum iam paene creuiſſe librorum numerum; augeri eundem ferme quotidie nouis, in omnibus orbis, qua cultior eſt, partibus editis; plures illorum, in exteris praeſertim regionibus emiſſos, ad noſtram plane non peruenire notitiam; plurium item memoriam, vbi vix nati fuerint, perire: quin denique reputanti ſecum, tam longum tamque vaſtum opus ipſam vitae breuitatem, rerumque humanarum ſortem, fere excedere, iudicatu facile erit, eiusmodi Indicem ab omni parte perfectum fruſtra exſpectari. Non defuere quidem, qui, vt huic inopiae mederentur, Bibliothecas, quas inſcripſerunt, Theologicas, Iuridicas, Medicas, Philoſophicas, et id genus alios librorum indices, ſat magno numero, ediderunt. At licet hi ſua digni ſint laude, nec fructu libri eorum careant, pertinet tamen hic fructus ad pauciores, quod vnius modo diſciplinae ſcriptores percenſent. Praeterea raro contigit auctoribus occaſio inſpiciendi ipſa et diiudicandi, quae in indices ſuos retulere, ſcripta, vnde factum, vt ſaepius vel decepti fallaci-

bus

bus librorum titulis, vel delusi aliorum de iisdem iudiciis temere latis, varios admiserint errores. Maior idcirco magisque communis videtur vsus, quem praestant catalogi bibliothecarum, delectu librorum aeque ac numero insignium, in quibus libri, argumento probe cognito, in suas classes rite digesti, secundum aetatis, qua scripti sunt, ordinem, exhibentur: dummodo non, vt fit, tum demum, cum tristem venditionis sortem subire debent, libri congregati, conficiantur hi indices, quippe quo tempore, ea cura et diligentia, quas poscit hic labor, condi nequeunt.

Bibliotheca Bunauiana, postquam intra triginta fere annos ad illud amplitudinis splendorisque fastigium euecta est, quod inter priuatas quidem paucae attingunt, Illustrissimus Conditor atque Possessor talem eius Catalogum, qui vsui et sibi, et emolumento vniuersae esset rei litterariae, confici iussit. Esset hic locus dicendi nonnulla de cura, studio, et sumtibus, tam egregio apparatui colligendo liberaliter impensis, vt et reliqua attingendi Excellentissimi Comitis in rem cum publicam, tum litterariam, merita, nisi aliam mihi legem scriberet Ipsius animi moderatio, mearumque virium conscientia. Hoc tantum de Bibliotheca Eius monere integrum mihi est, quod non haereditatibus, non largitionibus, nec cuiuscunque generis alienis subsidiis, sed sui vnice conditoris magno animo, amorique erga bonas litteras, suam debet originem et incrementa. Videtur sane librorum studium Bunauiae genti, haereditario quodam iure

 a longo

a longo tempore, fuiſſe quaſi proprium, dum Ioh. Trithemius iamiam initio ſeculi XVI in Epiſtolis p. 297 commemorat bibliotheca ſibi comparata clarum quendam Henricum Bunauium. De noſtra certe idem, quod Celeb. Conringius in epiſtola ad Boineburgium de Bibliotheca Auguſta Wolfenbuttelenſi, inter eiusdem admiranda refert, iure praedicari poteſt, quod nimirum ſolius ſui conditoris induſtria collecta, ſolius aere emta, ſolius opera quam optime diſpoſita, ſolius cura et auſpiciis in catalogum relata, ſolius impendiis aptiſſimum domicilium acceperit, quod poſtremo non ſolius duntaxat, ſed plane vnius eiusdemque conditoris ſtudio ad ſummam perfectionem deducta ſit. Locus, vt hoc obiter dicam, quo quidem nunc ſplendide habitant congeſta haec illuſtrium ingeniorum monumenta, Nethnicium villa amoeniſſima eſt, Dresda meridiem verſus non niſi dimidio milliario diſtans, quem ob loci ſitum Bunauiana aeque, atque illa Iulii Martialis olim, dici meretur:

Ruris Bibliotheca delicati,
Vicinam videt vnde lector vrbem.

Iam de conſilio et diſpoſitione huius Catalogi, de cauſis item, vnde natum omne hoc inſtitutum, breuiter exponam. Quam diu Ipſi Illuſtriſſ. Poſſeſſori bibliothecae ſuae et adeſſe, et praeeſſe, acceſſionesque ſua manu ordinare licuit, nullo fere indiguit catalogo, tam felici praeditus memoria, vt, quem vel ſemel manibus verſauit, legitque, librum, quouis tempore ea ſtatim ſuggerat. Saepius hoc ipſe, cum modo

ad

ad bibliothecam acceſſiſſem, expertus atque miratus ſum, quando, dum forte inter ſermones de aliquo libro, vel libello, incideret quaeſtio, ſtatim quae adſit editio, qua forma, quo habitu externo, quo loco repoſitus ſit, eadem facilitate, ac ſi modo de manu depoſuiſſet, indicauit. Poſt multorum vero annorum abſentiam, et librorum apparatum inſigniter auctum, quos perluſtrare et familiares ſibi reddere, vt conſueuerat alias, ante quam forulis conderentur, haud potuerat, de conficiendo indice coepit cogitare. Et cum praeter haec, indicem vniuerſalem ſecundum diſciplinas rite ordinatum deeſſe adhuc ſciret, nec vtilitatem eiusmodi operis, ſi exiſteret, permagnam ignoraret, commouerunt haec Ipſius animum ad litteras omni modo iuuandas ſemper procliuem, vt aliquot abhinc annis, hunc, quem vides, catalogum, ad ſuos et aliorum vſus condi iuberet. Primam in eo conficiendo legem hanc eſſe voluit, vt ſecundum diſciplinarum iuſtum ordinem, Scriptores quicunque de quocunque vel maxime raro ac ſingulari argumento, in certas diuiſi et ſubdiuiſi claſſes, cum ſui ordinis aliis generatim iuncti conſociarentur, iidemque non formae librorum externae, ſed ſolius argumenti, habita ratione, vt, qui cuiuſque exſtarent in Bibliotheca Bunauiana auctores, vno veluti conſpectu apparerent. Alterum, quod Illuſtriſſ. Comes mihi catalogum in ordinem redigenti neutiquam negligendum iniunxit, hoc fuit, vt non ſolum libros iuſta volumina conſtituentes ad ſuas referrem claſſes, ſed commentarios etiam minutos, diſſertationes,

pro-

prolusiones et schediasmata, istis, si argumento essent socii, etiam loco socios darem. Nec dissimulandum, esse saepius maioris momenti res in hisce dissertationibus, quam in maximae molis voluminibus, reconditas. Adseruari proinde istae, et notiores, quam sunt plerumque, reddi, eo magis merentur, quo facilius oculis sese subducunt, et quasi vix natae moriuntur. At hoc maxime singulare propriumque huic Catalogo, paucis exceptis scriptorum historicorum indicibus, iure dixerim, quod non tantum sistit scripta de aliqua re ex instituto et separatim edita, sed illuc etiam spectantia, aliis libris, vbi nemo facile quaereret, inserta. Multa scilicet de multis rebus scripta et disputata in vtramque partem sunt, eaque non singularibus libris, aut voluminibus, sed epistolis saepius, obseruationibus, praefationibus, aliisque minutis velut codicillis, hinc inde dispersis ac latentibus. Haec igitur, pro instituti huius ratione, ex ephemeridibus litterariis, operibus eruditorum iunctim editis, aliisque id genus collectionibus, excerpenda singula et ad suas referenda classes fuere. Commendauit inter alios, et vtilissimam censuit hanc eandem ordinandi catalogi rationem iam olim, Cl. Hottingerus in Bibliothecario, quem inscripsit, quadripartito, quandoquidem, quod ille de conficiendo scriptorum ecclesiasticorum indice praecipit, id in tali re in vniuersum valet. Esse nimirum, ait, non obiter tantum operum et auctorum faciendam mentionem: themata et tractatus distincte ex vastis illis voluminibus operum separanda, separa-

ta

ta in certas claſſes redigenda, nec ad talem indicem grandes modo tomos, ſed et theſes, programmata, praefationes, et quidquid in hunc veniat cenſum, debere referri. Quae quidem monita, vt eſſe ſaluberrima nemo non videt, ita in concinnando praeſente catalogo, quo certior inde redundaret ad omnes vtilitas, haec eadem ratio ineunda viſa eſt. Porro, cum ad adcuratiorem librorum cognitionem haud parum conferat, titulos eorum habere plenos, nec nimis praeciſos, nihil hic in iſtis, quod quidem ad rem pertinere videbatur, omiſſum eſt, typographorum etiam nomina, quod nonnunquam vel ex his iudicari poteſt de pretio auctoritateque editionum, indicata ſunt. Raritatis notas addi libris Illuſtriſſ. Comes noluit, ratus his facile carituros per ſe ſcientes

Quid diſtent aera lupinis;

imperitis vero, formulis iſtis ſolemnibus: liber rarus, rariſſimus, raritatis immenſae, ſtupendae etc. parum conſultum fore. Norunt praeterea omnes, raros libros raro eſſe bonos. Plurimos ipſa argumenti leuitas et impietas, vel ſicca et futilis tractatio, vel obſcurum denique aut ſtrigoſum dicendi genus, raros dicam, an contemtos? effecerunt. Qui tamen ſunt libri, non a raritate ſolum, ſed a praeſtantia et vſu etiam, commendabiles, horum indices et recenſiones dedere viri quidam erudititi, in hoc ipſo opere adducti.

Illud conſtitutum initio erat, vt ſubiicerentur ſingulis libris breuia de iisdem eruditorum iudicia, vel indicarentur ſaltem ephemerides rei librariae praeſentis, in quibus recenſio illorum quaerenda eſſet. Nec, quantae hoc foret vtilitatis, latebat. Sed, praeterquam quod huius rei fructum non omnes, verum potius ii tantum percepturi videbantur, qui ephemeridas iſtas multitudine voluminum ſumtuoſas, aliosque plures, qui citandi fuiſſent, libros, ad manus haberent, metus erat, ne catalogus in nimiam excreſceret magnitudinem, eoque ipſo, quo vtiliorem efficere eum ſtuduiſſemus, parabilis redderetur paucioribus. Proinde, omiſſis his, raras modo notulas paſſim adſperſas inuenies, easdemque aut auctores, ſi illi vel anonymi, vel pſeudonymi, erant, detegique poterant, concernentes, aut librum ipſum, cui ſubiectae ſunt, ſi quando dignum aliquid et neceſſarium ſcitu de eo monendum eſſet.

Ipſi ſub titulos certos ordinati ſcriptores, non, vt fieri conſueuit, exhibentur promiſcue. Qui generatim tractant argumentum quoddam, praemiſſi iis ſunt, qui ſpeciatim id perſequuntur, ſiue in eius modo parte explicanda verſantur. Seruatur porro inter hos aetatis, qua quisque vixit, vel ſcripſit, ordo, ita, vt primum antiquiores, deinde recentiores, producantur, et, quid de quolibet argumento, quacunque aetate, vel ſenſerint veteres, vel hos aemulati recentiores, quid pertractatum a

multis,

multis, quid a paucis, vel a nemine adhuc ſit, ſtatim liqueat. Poteſt hic ſubinde peccatum a me eſſe, cum dubia et incerta multorum ſcriptorum aetas ſit, ac ſaepius, quando ingenii eorum foetus lucem primum adſpexerint, nullo pacto ſciri queat. Sed veniam, ſpero, dabunt facile aequi cenſores, huiusmodi erroribus, qui, in opere praeſertim tam longo, a nemine, niſi extra errandi ſortem conſtituto, prorſus euitantur. Denique ſingulis libris ſubiunctae ſunt, ſi quae exſtant, verſiones, cenſurae, defenſiones, et quaecunque ad illuſtrandos aut melius intelligendos eos aliquid faciunt. Claſſium diſpoſitio et ſeries licet pendere ex arbitrio cuiusuis videatur, nec adeo, ſi modo verum non intercipiat vſum, aduocatione vel interprete indigeat, iuuat tamen hic ordinem in illis conſtituendis ſeruatum, et in poſterum ſeruandum, vt ad normam ab Illuſtriſſ. Comite praeſcriptam directus eſt, paucis explicare. Vulgares iſtae quatuor, quas faciunt Scientiarum claſſes, quae ſunt Theologia, Iurisprudentia, Medicina et Philoſophia, ad quam etiam Hiſtoricos, Mathematicos, Philologos et Litteratores referunt, vſu quidem receptae ſunt, conficiendisque librorum catalogis adhiberi ſolent. Verum nimis deflectit hic ordo ab ipſo diſciplinarum et artium, quo inter ſe iunctae continentur, ordine et natura, quam vt huic poſſit conuenire inſtituto. Alium igitur indoli et nexui diſciplinarum convenientiorem ſequi viſum eſt. Harum omnium, ſi finem conſideres, genus duplex eſt. Alterum per ſe vtile, fru-

 ctuoſum

ctuosum, et humano generi necessarium, alterum vero illud, quod viam ad istas breuius feliciusque percipiendas monstrat, atque perceptas ad vsum societatis humanae transferre docet. Licet autem prius horum longe praestantius altero recte iudicetur, verumque artium et scientiarum pretium, non subtilitate, ambitu et iucunditate illarum, sed vsu potius, quem rebus humanis praestant, dimetiendum sit, manet tamen et has disciplinas earumque cultores suus omnino honos, quibus tanquam necessariis ad caeteras vtiliores ducibus vtimur, et vel hoc ipso lato auxilio salutem promoueri humanam intelligimus. Dum itaque manifestum est, hoc genere litterarum, quae ab humanitate nomen ducunt, et elegantiores etiam iure quodam suo dicuntur, imbutum probe esse hominem studiosum debere ante, quam ad praecipuas et sublimiores scientias accedat: scriptores, qui in illis operam in primis posuerunt, reliquis praemitti omnibus fas est. Inter hos, nemo, opinor, mirabitur Graecis Romanisque in hoc indice primum fere locum datum esse. Namque si omnem ingenii cultum ac liberalem disciplinam ab hisce solis auctoribus, post discussas superiorum temporum tenebras, ex squalore protractis, ad nos demum dimanasse certum est, quod profecto ita esse, nemo, nisi expers rerum omnium, quae ad studia pertinent, potest ignorare, ipsi illi auctores, locum, quem hic occupant, satis, vel tacente me, tuentur. At magis forte poterit mirum videri nonnullis,

agmen

agmen inter veteres, de quibus modo dixi, auctores, ducere ſacrum Codicem. His breuiter reſpondeo, ideo hoc fieri, quod conſtans ſemper ac conſentiens fuit, et adhuc eſt, piorum doctorumque hominum opinio, hunc librum, non modo antiquitate, veritate et vſu, quoſcunque ſuperare ſcriptores, ſed etiam, ſi argumentum ſpectes, verum ac primarium ſapientiae theſaurum aeſtimari et poſſe, et debere. Quo haec omnia ordine in catalogo relata ſint, videre licet ex claſſium conſpectu, huic praefationi ſubiuncto. Ad eam modo hic partem, quae veteres ſiſtit ſcriptores Graecos atque Latinos, pauca monebo. De multorum aetate cum certo ſatis non conſtet, nec locus hic eſſet conferendi inter ſe et componendi doctorum de hac re ſententias, duce potiſſimum vſus ſum in iſto negotio Celeb. Fabricii Bibliotheca Graeca et Latina, interdum tamen et aliis in conſilium adhibitis. Additi cuilibet veterum ſcriptorum ſunt ſui interpretes ac ſcholiaſtae, ſeu quicunque commentariis aut notis ſcribendis eos enarrare adgreſſi ſunt: nec ſolum illi, qui totum aliquem librum, ſed etiam, qui partem eius nonnullam, vel locum ſingularem, animaduerſionibus ſuis illuſtrarunt. Fuere praeterea poſt Chriſtum natum plures, qui, cum Graece, tum Latine, de rebus potiſſimum ſacris et eccleſiaſticis, ſcripſerunt, quosque Patres eccleſiae appellare mos eſt: horum quidem monumenta ſingularem aliquando et magis proprium in hoc indice locum ſortientur.

Habent et Iudaei atque Muhammedani ſuos, quos ia-ctant, eruditionis, a noſtra multis modis diuerſae, fontes. Illorum quidem, quod conſtat, omnis fere doctrina potiſſimum a maioribus traditis et in Talmud congeſtis opinionibus, horum autem Alcorano, centone iſto a Muhammede conſuto, nititur. Iam ſint licet impuri, ſint putidi hi fontes, ſit falſa maximam partem aut abſurda, quae inde deriuatur, ſcientia; neque tamen abludens plane ab inſtituto hoc, neque a loco, quo indicandi erant omnis eruditionis humanae fontes, alienum eſt viſum, duobus celebratiſſimis libris, qui tales omnino creduntur eſſe, Talmudi ſcilicet et Alcorano, paucas tribuere pagellas.

Opera eruditorum varia in vnum collecta corpus iunctimque edita, quae quidem diuerſa ad diuerſas diſciplinas pertinentia ſcripta complectuntur, iam viderunt alii, qui in ordinandis librorum catalogis verſati ſunt, alio referri, niſi in ſeparatam ipſisque propriam claſſem, commode haud poſſe. Hanc quoque hic adſignare illis, et hoc quidem, quem habent, loco, placuit, cum, quia non ad vnum, ſed ad vâria doctrinarum genera, ſubſidia praebent, tum quoniam in ſubſequentibus ſingularum artium ac diſciplinae claſſibus frequentius ſcripta ex his collectionibus excerpta adducuntur. Adduci vero partes, ante quam de toto lectori conſtaret, inconueniens videbatur.

Dictae ſunt, opinor, cauſſae, cur Scriptores adhuc a me commemorati in hoc catalogo praecedere iuſſi ſint. Liquet

ex

ex iisdem, quo consilio illos proxime sequantur singularum artium liberalium auctores, illi videlicet, qui de cognitione librorum et omni re litteraria exponunt, Philologi item, Rhetores et Poetae. De hisce omnibus sigillatim, ordineque in illis seruato exponi opus non est, cum, quia per se, quidquid huius est instituti, probatum iri intelligentioribus confido, tum quoniam ea facile ex Conspectu, huic volumini praemisso, ad quem rursus, vt ante, lectorem ablego, cuiuis patebunt. Seriem reliquarum humanitatis artium disciplinarumque, et librorum ad illas pertinentium, continuabunt Tomi hunc priorem secuturi. Exhibebit enim Tomus II Historiam vniuersalem partesque rerum ab hac non separandas, Chronologiam, Geographiam, Genealogiam et Heraldicam; Historiam item antiquissimam cum Graeca et Romana, et nisi aliud suadeat proferendorum copia, antiquitatum et rei numismaticae auctores, Tomus III ecclesiasticam, Tomus IV Italiae et Germaniae, Tomus V et VI Hispaniae, Galliae, Britanniae, et reliquarum regionum gentiumque, historiam. Absoluto demum historicorum catalogo, enumerare constitutum est, illos auctores, quorum in primariis et sublimioribus scientiae locis, Philosophia, Theologia, Iure et Medicina, exstant ingeniorum monumenta.

Haec, Lector, praefari de huius instituti ratione licuit. Plura, fateor, de splendida Bibliotheca, cui hoc debet opus vsibus suis consecratum orbis litteratus, dici a me potuissent, nec ista scitu indigna, aut cuiquam, vt puto, ingrata, sed bre-

vitatis

vitatis ſtudio dicere non potui, nec debui. Vnum addo. Vident docti, quin etiam bibliopolae, quos libros habeat, quos habere curet, Bibliotheca Bunauiana, et qui inter commemoratos primo hoc Catalogi Tomo deficiant. Eſt animus Illuſtriſſimo Poſſeſſori augere hunc apparatum et ſupplere, quoad vitam Ipſi viresque conceſſerit Summum Numen. Gratiſſimam proinde rem illi facturi ſunt, quicunque ſcripta, quae adhuc deſunt, minutiora praeſertim, in regionibus exteris edita, vel in noſtris etiam oris rariora, ſubminiſtrare, aut, vnde conquiri poſſint, ſignificare voluerint.

Neminem puto fore litterarum, et eorum, qui has promouent, adeo parum amantem, quin pia mecum pro incolumitate ac ſalute tanti Muſarum Patroni vota nuncupet, vt ad ſeram vſque aetatem in rei tam publicae, quam litterariae, decus ac praeſidium ſuperſit, Suoque egregio theſauro litterario, nullo timore ſollicitatus, nullo aduerſo caſu interruptus, quod Plinius rectam ſinceramque vitam iure dixit, quam diutiſſime fruatur. Quod meum eſt, id ſedulo operam me daturum ſpondeo, vt reliquae huius Catalogi partes, quam primum per laborem operi tam vaſto grauique impendendum fieri poterit, ea perfectae prodeant ratione, quae cum voluntati Eius, cuius iuſſu et auſpiciis omne hoc agitur, reſpondeat, tum rei litterariae vniuerſae, cuius cauſſa ſuſceptum eſt inprimis, fructuoſa ſit. Nethnicii, in agro Dresdenſi, menſe Aprili a C. N. CIↃ IↃ CC L.

CON-

CONSPECTVS
TOMI I
CATAL. BIBLIOTH. BVNAVIANAE
PARS I
FONTES OMNIS ERVDITIONIS, CVM SACRAE, TVM PROFANAE.
LIBER I
SACRI CODICIS EDITIONES.

Sect. IV. Scriptores, qui a tempore nati Christi vsque ad Constantinum M. claruere.

§. XXXIII. *Herodianus, Grammat.*
XXXIV. *Pausanias.*
XXXV. *Polyaenus.*
XXXVI. *Lucianus.*
XXXVII. *Galenus.*
XXXVIII. *Sextus Empiricus.*
XXXIX. *Diogenes Laertius.*
XL. *Oppianus.*
XLI. *Zenobius.*
XLII. *Agathemer.*
XLIII. *Athenaeus.*
XLIV. *Cl. Aelianus.*
XLV. *Nicomachus Gerasenus.*
XLVI. *Aelius Dionysius Halicarnass. Atticista.*
XLVII. *Apollodorus Architect.*
XLVIII. *M. Aurel. Antoninus Imp.*
XLIX. *Marcellus Sidetes.*
L. *Demetrius Phalereus.*
§. LI. *Hephaestio Alexandrinus, Grammat.*
LII. *Maximus Tyrius.*
LIII. *Iulius Pollux.*
LIV. *Alcinous.*
LV. *Philostrati.*
LVI. *Callistratus.*
LVII. *Iulius Africanus.*
LVIII. *Alexander Aphrodis.*
LIX. *Apsines.*
LX. *Herodianus Historic.*
LXI. *Plotinus.*
LXII. *Callinicus Sophista.*
LXIII. *Dionysius Longinus.*
LXIV. *Hesychius Alexandrin.*
LXV. *Dexippius Herennius.*
LXVI. *Porphyrius.*
LXVII. *Hierocles, Philosoph. Platon.*
LXVIII. *Helladius Besantinous.*

Sect. V. Scriptores a Constantini M. aetate vsque ad captam a Turcis Constantinopolin.

§. I. *Anatolius, Medicus.*
II. *Iamblichus.*
III. *Dexippus, Peripatet.*
IV. *Heliodorus.*
V. *Heliodorus Larissaeus.*
VI. *Libanius, Sophista.*
VII. *Maximus, Sophista.*
VIII. *Maximus Ephesius Philos.*
IX. *Iulianus Imp.*
X. *Oribasius.*
XI. *Aristaenetus.*
XII. *Themistius.*
XIII. *Himerius.*
XIV. *Harpocration.*
XV. *Paulus Alexandrin. Astrologus.*
XVI. *Pappus Alexandrin.*
XVII. *Theon Alexandrin. Mathemat.*
XVIII. *Aetius Amidenus.*
XIX. *Ammonius, Grammat.*
XX. *Eunapius Sardianus.*
XXI. *Nonnus Panopolites.*
XXII. *Synesius Cyrenaeus.*
§. XXIII. *Olympiodorus.*
XXIV. *Priscus, Rhetor et Sophista.*
XXV. *Zosimus.*
XXVI. *Cleomedes.*
XXVII. *Aphthonius.*
XXVIII. *Paulus Aegineta.*
XXIX. *Stephanus Byzantin.*
XXX. *Seuerus Alexandrin. Rhetor.*
XXXI. *Stobaeus.*
XXXII. *Aeneas Gazaeus.*
XXXIII. *Theon Alexandrin. Sophista.*
XXXIV. *Malchus Philadelphiens.*
XXXV. *Syrianus.*
XXXVI. *Proclus Lycius.*
XXXVII. *Ammonius, Hermae F.*
XXXVIII. *Eutocius Ascalonita, Mathematicus.*
XXXIX. *Simplicius.*
XL. *Ioannes Grammaticus, Philoponus.*
XLI. *Quintus Calaber.*
XLII. *Coluthus.*

 §. XLIII.

CONSPECTVS TOMI I.

§. XXIX.

§. XXIX. *Sex. Aurel. Victor.*
XXX. *Claud. Claudianus.*
XXXI. *Marcellus Empiricus.*
XXXII. *Theodor. Priscianus, Medicus.*
XXXIII. *Sulpicius Seuerus.*
XXXIV. *Cl. Rutil. Numatianus.*
XXXV. *Seruius Maurus Honoratus.*
XXXVI. *Paul. Orosius.*
XXXVII. *Martianus Capella.*
XXXVIII. *Plinius Valerianus, Medicus.*
§. XXXIX. *Panegyrici veteres:*
Claud. Mamertinus.
Eumenius.
Nazarius.
Latinus Pacatus Drepanius, aliique incerti.
XL. *Anic. Manl. Seuerin. Boëthius.*
XLI. *Fab. Planciad. Fulgentius.*
XLII. *Priscianus, Grammat.*
XLIII. *Eutyches, Grammat.*
XLIV. *Iornandes.*
XLV. *M. Aurel. Cassiodorus.*

Sect. IV. Scriptores Latini veteres incertae aetatis.

§. I. *Agractius, s. Agroetius.*
II. *Aquila.*
III. *Asper.*
IV. *Caes. Bassus.*
V. *Flav. Caper.*
VI. *Arunt. Celsus.*
VII. *Flav. Sosipater Charisius.*
VIII. *Cledonius, s. Celidonius.*
IX. *P. Consentius.*
X. *Diomedes.*
XI. *Emporius.*
XII. *Iulius Exuperantius.*
XIII. *Sext. Pomp. Festus.*
XIV. *Attilius Fortunatianus.*
XV. *(Curius, s. Chirius) Fortunatianus.*
XVI. *Cornel. Fronto.*
§. XVII. *Velius Longus.*
XVIII. *L. Volus. Maecianus.*
XIX. *Modestus.*
XX. *Nonius Marcellus.*
XXI. *Peruigilium Veneris, incerto auctore.*
XXII. *Phocas, s. Focas.*
XXIII. *Marius Plotius.*
XXIV. *Rufinianus.*
XXV. *Rufinus Antioch.*
XXVI. *Rutilius Lupus.*
XXVII. *Vibius Sequester.*
XXVIII. *Sergius, Grammat.*
XXIX. *Iul. Seuerianus.*
XXX. *Sextus Placitus.*
XXXI. *Vegetius Renatus.*
XXXII. *Sulpit. Victor.*

Sect. V. Scripta antiquis Auctoribus supposita.

§. I. *Aethicus Ister.*
II. *L. Fenestella.*
III. *Cornel. Gallus.*
IV. *Aemil. Macer.*
§. V. *Messala Coruinus.*
VI. *Anton. Musa.*
VII. *Siculus Flaccus.*
VIII. *Scripta ab Annio Viterbiensi supposita.*

LIBER IV.

FONTES ERVDITIONIS IVDAICAE ET MVHAMEDICAE.

Cap. I. *EDITIONES TALMVDIS.*
II. *EDITIONES CORANI.*

LIBER V.

OPERA VARIA, QVAE NON AD VNAM, SED AD VARIAS ERVDITIONIS PARTES PERTINENT.

PARS II.

HISTORIAM LITTERARIAM EXHIBENS.

LIBER I.

HISTORIAE LITTERARIAE VNIVERSALIS SCRIPTORES.

Sect.

SECT.

LIBER

CATALOGI BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE.

LIBER III.

HISTORIA LITTERARIA ARTIVM ET SCIENTIARVM.

CAP. I. DE LINGVIS.

SECT. I. De Linguarum origine fatisque in genere.
II. De Lingua primaeua.
III. De Confusione et Diuersitate Linguarum.
IV. De Harmonia Linguarum.
V. De Linguis Obseruationes variae.
VI. De Cognitione Scriptorum philologicorum, grammaticorum, Lexicographorum, aliorumque ad Linguas pertinentium.
VII. De Linguis Orientalibus in genere, earumque vtilitate.
VIII. De Lingua Hebraica.

§. I. *De Linguae Hebraicae origine, antiquitate et fatis, item de Grammaticis et Lexicis.*
§. II. *De Linguae Hebraicae vtilitate, perfectione, defectibus.*

SECTIO. IX. De Linguis Orientalibus variis.

§. I. *Aegyptiaca, s. Coptica.*
II. *Aethiopica.*
III. *Arabica.*
IV. *Armenica.*
V. *Babylonica.*
VI. *Chaldaica.*
VII. *Indica.*
§. VIII. *Lycaonica.*
IX. *Persica.*
X. *Phoenicia, s. Punica.*
XI. *Samaritana.*
XII. *Silhensi.*
XIII. *Sinensi, s. Chinensi.*
XIV. *Syriaca.*

SECTIO X. De Lingua Graeca.

§. I. *Historia Linguae Graecae et de Lexicis Graecis.*
§. II. *De Linguae Graecae vsu et praestantia.*

SECTIO. XI. De Lingua Latina.

§. I. *Historia Linguae Latinae.*
II. *De Latinae Linguae origine, propagatione, corruptione et statu hodierno Scripta varia.*
§. III. *De Latinae Linguae vsu et praestantia.*

SECT. XII. De Linguis veteribus Europae, Celtica, Gothica et reliquis Septentrionalibus.
XIII. De Lingua Italica.

§. I. *De origine et fatis Linguae Italicae.*
§. II. *De praestantia et laudibus eiusdem.*

SECT. XIV. De Lingua Hispanica et Lusitanica.
XV. De Lingua Gallica.

§. I.

§. V.

Sect.

LIBER IV.

HISTORIA BIBLIOTHECARVM ET CATALOGI.

Sect.

Sect. II. Descriptiones Museorum publicorum.
III. Descriptiones Museorum priuatorum.

LIBER V.

HISTORIA SCHOLARVM, ACADEMIARVM ET SOCIETATVM LITTERARIARVM.

Cap. I. *HISTORIA SCHOLARVM ET GYMNASIORVM.*

Sect. I. De Scholarum necessitate, vtilitate, naeuis, aliisque rebus ad Scholas pertinentibus.
II. De Origine et Incrementis Scholarum Scriptores generales.
III. De Scholis Veterum.

§. I. *Hebraeorum.*
II. *Aegyptiorum et Persarum.*
§. III. *Graecorum et Romanorum.*
IV. *De Scholis medii aeui.*

Sect. IV. De Scholis et Gymnasiis Germanorum veteris et recentioris aetatis.

§. I. *Scriptores generales.*
§. II. *Scriptores speciales.*

Altenburgensis.
Altonauiensis.
Annaebergensis.
Argentinensis.
Arnstadiensis.
Augustana.
Auricana.
Baruthina.
Bebenhusana.
Berolinensis.
Brandenburgensis.
Bremensis.
Brigensis.
Brunsuicenses.
Buckeburgensis.
Budissinensis.
Cassellensis.
Cellensis.
Chemnicensis.
Cignensis.
Clausthaliensis.
Coburgensis.
Cremsensis.
Curiensis.
Dresdenses.
Eimbeccensis.
Erlangensis.
Erffurtensis.
Flensburgensis.
Francohusana.
Francofurtana ad Moen.
Freybergensis.
Fuldensis.
Gandershemensis.
Gerana.
Goldbergensis.
Gorlicensis.
Gothana.
Gottingensis.
Grimmensis.
Gubenensis.
Hachenburgensis.
Halenses.
Hamburgenses.
Hanouerana.
Hanouiana.
Heilbronnensis.
Hildburghusana.
Hildesiensis.
Ilfeldensis.
Isenacensis.
Islebiensis.
Laubanensis.

Leu-

CAP.

CAP. III. *SCRIPTORES DE SOCIETATIBVS LITTERARIIS.*

SECT. I. De Origine, progreſſu et vtilitate Societatum litterariarum.
II. De Societatibus litterariis antiquis.
III. —— —— —— Germanorum.

§. I. *Sodalitas Litteraria Rhenana.*
II. *Societas Fructifera* [Die Fruchtbringende Geſellſchaft.]
III. *Societas dicta:* Deutſchgeſinnte Genoſſenſchafft.
IV. *Societas Pegneſiorum.*
V. *Societas Olorum.* [Der Schwanen-Orden.]
VI. *Societas dicta:* Der belorberte Tauben-Orden.
VII. *Ordo Leopoldinus.*
VIII. *Academia Naturae Curioſorum.*
IX. *Collegium Hiſtoricum Imperiale.*
X. *Academiae Scientiarum et Artium Berolinenſes.*
XI. *Societas Charitatis et Scientiarum.*
XII. *Societas Recognoſcentium.*
XIII. *Societates Litterariae Lipſienſes.*
XIV. —— —— *Ienenſes et Halenſis.*
XV. —— —— *Gryphiswaldenſes.*
XVI. *Societas Teutonica Gottingenſis.*
XVII. *Societas Olomutienſis.*
XVIII. *Societates litterariae Germanorum variae.*

SECT. IV. De Societatibus Litterariis Italorum.

§. I. *Scriptores generales.*
II. *Societates litterariae Bononienſes.*
Gelatorum.
Inſtitutum Scientiarum Bononienſe.
Clementina.
III. *Academia Florentina.*
IV. *Societas Litteraria Foroliuienſis.*
V. *Societas Agricolarum Montiſalti.*
VI. *Academia Scientiarum Regii Lepidi.*
VII. *Societates litterariae Romanae.*
Arcadum.
Lynceorum.
Academia del diſegno.
VIII. *Societas Roſcianenſis.*
IX. *Societates litterariae Senenſes.*
X. *Academia Veneta Incognitorum.*

SECT. I. Scriptores critici de Eruditione et Studiis Foeminarum.
II. Scriptores hiſtorici generales de Foeminis eruditis.
III. Vitae ſingularum quarundam Foeminarum eruditarum, ordine alphabetico.

L I B E R VII.

OBSERVATIONES VARIAE AD HISTORIAM LITTERARIAM PERTINENTES.

CAP. I. *COLLECTIONES DISSERTATIONVM ET OBSERVATIONVM DE RE LITTERARIA ET VIRIS ERVDITIS.*

SECT. I. Diſſertationes et Obſeruationes litterariae, Latino Sermone editae.
II. —— —— —— Gallico Sermone.
III. —— —— —— Italico Sermone.
IV. —— —— —— Germanico Sermone.
V. —— —— —— Anglico Sermone.

CAP. II. *LIBRI IN ANA.*
III. *ITINERA LITTERARIA.*

SECT. I. De Peregrinationum litterariarum origine, vtilitate, et eas rite inſtituendi modo.
II. Itinera Litteraria.

CAP. IV. *SCRIPTORES MISCELLANEI, LITTERARII ARGVMENTI, QVI AD CERTAM CLASSEM COMMODE HAVD POTVERVNT REFERRI.*

L I B E R VIII.

DE METHODO STVDIORVM.

CAP. I. *COLLECTIONES SCRIPTORVM DE STVDIIS RITE INSTITVENDIS.*
II. *DE DELECTV INGENIORVM.*
III. *DE STVDIO PVERILI, INSTITVTIONE SCHOLASTICA, ET METHODO IN STVDIIS LITTERARVM, INPRIMIS HVMANIORVM.*
IV. *DE INSTITVTIONE PRINCIPVM ET NOBILIVM IVVENVM.*
V. *DE STVDIIS ACADEMICIS RITE INSTITVENDIS.*
VI. *DE RATIONE EXCERPENDI.*
VII. *DE MEMORIA ARTIFICIALI.*
VIII. *DE REGIMINE SANITATIS ET MORBIS ERVDITORVM.*

Sect.

SECT.

§. I. *Dictionaria.*
II. *Etymologica et Glossaria.*

Sect. V. Scriptores de Prouerbiis Gallicis.

Cap. VIII. *DE LINGVA GERMANICA.*

Sect. I. Collectiones variorum Scriptorum ad Germanicam Philologiam priscam spectantium.
II. Reliquiae veterum Linguarum Germanicarum.
III. Introductiones in cognitionem veterum Linguarum Germanicarum, et Glossaria.
IV. Grammatici recentioris Linguae patriae.
V. Scriptores particulares Grammatici de Lingua Germ.
VI. Lexica Germanica.
VII. Scriptores Etymologici de Lingua Germanicia.
VIII. Scriptores de Prouerbiis Germanicis.

Cap. IX. *DE LINGVA ANGLICA.*

Sect. I. De Linguis Britannicis veter.
II. De Lingua Anglica recentiore.

§. I. *Grammatici.*
II. *Lexicographi.*

Cap. X. *DE LINGVA BELGICA.*

Sect. I. Grammatici.
II. Lexicographi et de Prouerbiis Scriptores.
III. De Conuenientia Linguae Belg. cum aliis.

Cap. XI. *DE LINGVIS SEPTENTRIONALIBVS.*

Sect. I. De Runis.
II. De Lingua Islandica.

§. I. *Monumenta, quae supersunt, veter. Linguae Island.*
II. *Grammatici et Lexicographi Linguae Island. et Groenland.*

Sect. III. De Lingua Danica.
IV. De Lingua Suecica, Fennica, Lapponica.

Cap. XII. *DE RELIQVIS LINGVIS EVROPAEIS, INPRIMIS SLAVICAE ORIGINIS.*

Sect. I. De Lingua Sorabica, vel Slauica.
II. De Lingua Bohemica.
III. De Lingua Polonica, Lettica, Russica.

§. II.

§. II. *Epistolae Gallicae, philosophici, historici, et critici argumenti, ab Auctoribus anonymis editae.*

§. III. *Epistolae Gall. Singulorum Auctorum.*

Sect. V. Epistolae Anglicae.

§. I. *Collectiones.*

§. II. *Epistolae singulorum Auctorum.*

Sect. VI. Epistolae Germanicae.

VII. Epistolae Graecae recentiorum Auctorum.

LIBER III.

RHETORES ET ORATORES.

Cap. I. *DE ARTE RHETORICA SCRIPTORES GENERALES.*

Sect. I. De Eloquentia in genere.

II. De Oratore.

III Institutiones Rhetoricae.

Cap. II. *DE ARTE RHETORICA SCRIPTORES SPECIALES.*

Sect. I. De Stilo Oratorio.

II. De Imitatione Oratoria.

§. I. *Scriptores generales.*

§. II. *Scriptores speciales de Imitatione Ciceronis.*

Sect. III. De Exercitationibus et Actione Oratoria.

IV. Varia de Arte Oratoria.

Cap. III. *ORATORES VETERES.*

Sect. I. Graeci.

II. Latini.

Cap. IV. *ORATORES RECENTIORES.*

Sect. I. Orationes Latina Lingua scriptae.

§. I. *Collectiones Orationum variorum Auctorum.*

§. II. *Orationes Singulorum Auctorum.*

Sect. II. Orationes Italico et Hispanico Sermone compositae.

§. I. *Collectiones Oration. diversor. Auctor.*

§. II. *Orationes Singulorum Auctor.*

Sect. III. Orationes Gallico idiomate vulgatae.

SECT.

SECT. I. Poetae Latini Veteres.

II. —— —— —— Chriſtiani, aliique Scriptores medii aeui, qui ligato ſermone aliquid reliquerunt.

III. —— —— Recentiores.

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. IV. *POETAE ITALICI.*

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. V. *POETAE HISPANICI ET LVSITANICI.*

CAP. VI. — — *GALLICI*

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera Singulorum.*

CAP. VII. *POETAE GERMANICI.*

SECT. I. Antiqui.

II. Recentiores.

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. VIII. *POETAE ANGLICI.*

SECT. I. Collectiones diuerſorum Poetarum.

II. Opera ſingulorum.

CAP. IX. *POETAE BELGICI.*

CAP. X. —— —— *POLONICI.*

CAP. XI. —— —— *ARABICI.*

CAP. XII. *VARIA INGENII MONVMENTA, TAM SOLVTO, QVAM LIGATO, SERMONE SCRIPTA.*

SECT. I. Satyrae.

II. Fabulae.

III. Facetiae, aliaque Ludicra.

IV. Macaronica, *Burleſques.*

TOMI I
CATALOGI
BIBLIOTHECAE
BVNAVIANAE
VOLVMEN I.

CATALOGVS BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE

TOMVS I.

AVCTORES ANTIQVOS
SACROS ET PROFANOS,
OPERA VARIA, LITTERATORES,
PHILOLOGOS, EPISTOLOGRAPHOS,
RHETORES ET POETAS
EXHIBENS.

PARS I.

FONTES OMNIS ERVDITIONIS,
CVM SACRAE, TVM PROFANAE.

PARS I.

FONTES OMNIS ERVDITIONIS, CVM SACRAE, TVM PROFANAE.

LIBER I.

SACRI CODICIS EDITIONES.

CAPVT I.

BIBLIA POLYGLOTTA.

SECTIO I.

BIBLIA POLYGLOTTA INTEGRA.

Biblia Sacra, Hebraice, Chaldaice, Graece et Latine, nunc primum impressa de mandato et sumtibus *Franc.* SIMENII de CISNEROS, Cardinalis etc. *In Complutensi Vniuersitate, industria Arnaldi Guilielmi de Brocario, 1514-1517, fol. Voll. VI.*

Biblia Sacra, Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Graeca, Syriaca, Latina et Arabica, cura et studio *Guid. Mich. Le* IAY, *Paris. typis Ant. Vitré, 1645, fol. Voll. X.*

Biblia Sacra, Graece, Latine, Germanice, opera *Dav.* WOLDERI, *Hamb. excud. Iac. Lucius, 1596. fol. cum Fig. Voll. III.*

Biblia Polyglotta, studio *Eliae* HVTTERI, cum Praefatione *Iac.* COLERI, *Norimb. 1599, fol. Voll. III.*

* *In hac Editione Libri Mosis, Iosuae, Iudicum, Ruth* [*nulla enim Editionum*

HVTTERI *vltra librum Iudicum et Ruth progreditur*] *exhibentur Hebraice, Chaldaice, Graece, Latine, Germanice, Italice; Nouum vero Testamentum Syriace, Hebraice, Graece, Latine, Germanice, Bohemice, Italice, Hispanice, Gallice, Anglice, Danice, Polonice.*

Biblia Polyglotta, complectentia Textus originales, Hebraicum, cum Pentateucho Samaritano, Chaldaicum, Graecum, Versionumque antiquarum, Samaritanae, Graecae LXX. Interpretum, Chaldaicae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae, Persicae, vulgatae Latinae, quicquid comparari poterat, cum Textuum et versionum orientalium Translationibus Latinis. Ex vetustissimis MSS. vndique conquisitis optimisque exemplaribus impressis, summa fide collatis. Quae in prioribus editionibus deerant, suppleta. Multa, ante hac edita, de nouo adiecta. Omnia eo ordine disposita, vt Textus cum versionibus vno intuitu conferri possint. Cum Apparatu, Appendicibus, Tabulis, variis Lectionibus, Annotationibus, Indicibus. Opus in VI. Tomos tributum. Edidit *Brianus* WALTONVS, *Lond. impr. Thom. Roycroft*, 1657, *fol. Voll. VI.*

Biblia quadrilinguia, siue Hebraea, Graeca, Latina et Germanica Veteris Testamenti, diuersis lectionibus et annotationibus criticis et exegeticis instructa; Nouum Testamentum Graecum cum versionibus, Syriaca, Graeca vulgari, Latina [*Seb.* SCHMIDII] et Germanica [*Mart.* LVTHERI.] Vniuersa ad optimas quasque Editiones recognita, adiectis variantibus Lectionibus, tum Graecis ex edit. N. T. *Ioh.* MILLII, tum Syriacis ex Polyglottis Anglicanis et Ed. SCHAAFII etc. nec non locis parallelis et annotationibus philologicis et exegeticis, accurante *Chr.* REINECCIO, *L. sumt. haered. Lanckisianor.* 1713, *fol.*

SECTIO II.

BIBLIORVM POLYGLOTT. PARTES.

Epitome Bibliorum, continens insigniora Veteris et Noui Testamenti dicta, in Sex linguis: Hebraice, Chaldaice, Syriace, Graece, Latine et Germanice, studio *Valent.* SCHINDLERI, *Witteb.* 1578, 8.

Geneseos Liber, Hebraice, Chaldaice, Graece, Latine et Germanice, studio *Ioh.* DRACONITAE, *Witteb.* 1563, *fol.*

Genesis, Hebraice, Graece, Latine et Germanice, studio *Eliae* HVTTERI, *Norimb.* 1601, 8.

Psalterium quadruplex, videlicet Hebraice, Graece et Latine, tam ex versione S. HIERONYMI secundum Hebraicam veritatem, quam ex vulgata Latina, cura et studio *Desid.* ERASMI et *Conr.* PELLICANI. *v. in Appendice Tomi VIII. Operum* HIERONYMI, *Bas. typis Ammerbachii*, 1516, *fol.*

Psalterium sextuplex; Hebraeum, cum tribus Latinis, videlicet D. HIERONYMI, *Sanctis* PAGNINI et FELICIS *Pratensis*. Graecum LXX. Interpretum, cum Latina vulgata, *Lugd. ap. Sebast. Gryphium*, 1530, 8.

Nouum Testamentum Graece et Latine (ex versionis *Theod.* BEZAE secunda editione) cum Interpretatione Syriaca Hebraeis typis descripta, plerisque locis emendata. Eadem Latino sermone reddita, Auctore *Imman.* TREMELLIO, cuius etiam Grammatica Chaldaica et Syra calci ope-

ris

ris adiecta est, *Geneuae*, *excud. Henr. Stephanus*, 1569, *fol.*

Oratio dominica XXVI Linguis diuersis, studio *Angeli* ROCCHAE edita.

v. in Append. Eiusdem *Libri de Bibliotheca Vaticana, Romae*, 1591, 4. *pag.* 365-376.

Oratio dominica in diuersas omnium fere gentium Linguas versa, et propriis cuiusque Linguae characteribus expressa, vna cum Dissertationibus nonnullis de Linguarum origine, variisque ipsarum permutationibus, Editore *Ioh.* CHAMBERLAYNIO, *Amst. typis Guil. et Dav. Goerei*, 1715, 4.

Orationes dominicae linguis Czeremissica, Samoiedica, Mogallica, Tongoina et Hottentottica conceptae.

v. in LEIBNITII *Collectan. Etymolog. Part. II. pag.* 369. *Hannov.* 1717, 8.

Epistolae Quatuor: PETRI II, IOHANNIS II et III, et IVDAE vna, ex Bibliothecae Bodleianae MS. exemplari nunc primum depromtae, Syriace, Hebraice, Graece, Latine, Notisque quibusdam insignitae opera et studio *Edw.* POCOCKE, *Lugd. Bat. ex offic. Bonav. et Abr. Elzevir.* 1630, 4.

Apocalypsis D. IOANNIS Syriace, Hebraice et Graece, cum versione Latina et Notis *Ludouici* DE DIEV.

accessit Ludouici DE DIEV *Criticis Sacris Amst.* 1693, *fol. p.* 763. *sqq.*

CAPVT II.

BIBLIA HEBRAICA.

SECTIO I.

BIBLIA HEBRAICA INTEGRA VET. TEST.

Biblia Hebraica, *Venetiis, apud Dan. Bombergum*, 1543, 4.

Biblia Hebraica, cum Punctis, additi sunt duodecim Prophetae, cum Commentariis R. *David* KIMHI, ex recognitione *Franc.* VATABLI, *Parisiis*, *ex officina Rob. Stephani*, 1539-1544, 4. *Voll. IV.*

Biblia Hebraica, *Parisiis*, *ex officina Rob. Stephani*, *a mense Febr.* 1544, *ad mensem Ian.* 1546, 16, *Voll. VII.*

* *Haec Editio praecedentem Rob.* STEPHANI *et venustate et diligentia longe superat*, *iudice* LE LONG *in Biblioth. Sacr. T. I. p.* 65.

Biblia Sacra, Hebraea, cum vtraque Masora et Targum, item cum Commentariis Rabbinorum, editio secunda, auctior et accuratior, studio et cum praefatione *R.* IACOB F. HHAIIM, *Venetiis*, *ex domo Dan. Bombergi*, opera *Corn.* ADELKENAD, Leuitae, an. 307-309, Christi 1547-1549, *Tomi IV*, *fol. maj. Voll. II.*

Biblia Hebraica cum punctis, *Antv. ap. Cph. Plantinum*, 1566, 8. *Voll. II.*

—— Eadem. *Ibidem*, *apud eundem*, *eodem anno*, 4to.

Biblia, Hebraice, cum interlineari versione *Xantis* PAGNINI, *Bened.* ARIAE MONTANI,

TANI, et *aliorum* collato ſtudio ad Hebraicam dictionem diligentiſſime expenſa. Acceſſit Bibliorum Pars Graeca, quae Hebraice non inuenitur, cum interlineari interpretatione Latina, ex Bibliis Complutenſibus depromta, *Antv. ex officina Plantiniana Raphelengii*, 1608-1613, 8. *Voll. III.*

Biblia Sacra Hebraea, cum vtraque Maſora et Targum, item cum Commentariis Rabbinorum, iuxta ſecundam anni M. D. XLIX. editionem, ſtudio *Ioh.* BVXTORFII, patris, adiecta eſt *eiusdem* Tiberias, ſiue Commentarius Maſoreticus, Editio quinta, IV. Tomi, *Baſ. apud Ludov. Koenig*, 1618, 1619, *fol. Voll. II.*

Biblia Sacra Hebraica, cum punctis, item cum notis Hebraicis, et lemmatibus Latinis: ex recenſione *Dan. Ern.* IABLONSKI, cum *eius*-praefatione Latina, *Berolini, opera et impenſis Ioh. Henr. Knebelii*, 1699, 4.

Biblia Hebraica, ſecundum vltimam editionem *Ioſ.* ATHIAE, a *Ioh.* LEVSDEN denuo recognitam, recenſita, atque ad Maſoram et correctiores, BOMBERGI, STEPHANI, PLANTINI, *aliorumque* editiones exquiſite adornata, variisque Notis illuſtrata ab *Euerardo vander* HOOGHT, *Amſt. et Vltraj. ap. Boom, Waesberge* etc. 1705, 8. *maj.*

Biblia Hebraica. Subiungitur *Ioh.* LEVSDENII Catalogus 2294. ſelectorum verſuum, quibus omnes voces Veteris Teſtamenti continentur. *Ex officina D. E.* IABLONSKI, *cuius* Praefatiuncula praemittitur, *Berolini*, 1712, 8.

SECTIO II.

BIBLIORVM HEBRAICORVM PARTES

CVM PARAPHRASI CHALDAICA ET SINE EA.

Pentateuchus, Hebraice, cum Targum, ſeu Paraphraſi Chaldaica, et quinque Meghillot, cum punctis: ſtudio MENASSEH *Ben* ISRAEL, *Amſt. ſumt. Henr. Laurentii, an.* 391, *Chriſti* 1631, 4.

Pentateuchus, Hebraice, cum triplici Targum, ſeu paraphraſi Chaldaica, acceſſerunt Commentarii R. *Salomonis* IARCHI, notationes criticae et variae lectiones, quinque parua volumina, cum paraphraſi Chaldaica, volumen ESTHER, et Sectiones Prophetarum, quae in Synagogis praeleguntur, *Amſtelodami*, MENASSEH *Ben* ISRAEL, *an.* 400, *Chriſti* 1640, 4.

Geneſeos Caput I, Hebraice et Graece, Specimen Hexaplorum ORIGENIS.

v. in FABRICII *Bibliotheca Graeca Lib. III. cap. XII.*

Pſalterium Hebraeum, ex recenſione *R.* MENASSEH *Ben* ISRAEL, *ſumt. Henr. Laurentii*, 1646, 12.

Liber Pſalmorum, Hebraice, Editio noua, cum annotationibus *Ant.* HVLSII, *Lugd. Bat. ex officina Ioh. Maire*, 1650, 12.

Pſalmi, Hebraice, cum Latina verſione et Commentario *Ioh.* CALVINI.

v. in CALVINI *Opp. Tomo III., Amſt.* 1667-1671, *fol.*

Liber

Liber Pfalmorum, Hebraice et Latine, in verficulos metrice diuifus, et cum aliis Critices fubfidiis, tum praecipue metrices ope, multis in locis integritati fuae reftitutus, cum Differtatione de antiqua Hebraeorum Poëfi, aliisque quaefitis ad Pfalmorum librum pertinentibus; Ad finem operis adiecta funt Poëfeos Hebraicae Specimina, ex iis, quae ediderunt *Franc.* GOMARVS, *Marc.* MEIBOMIVS et *Ioh.* CLERICVS. Ex editione *Franc.* HARE, *Lond. ap. Guil. Bowyer*, 1736, 8. *Voll. II.*

Prouerbia SALOMONIS, Hebraice, cum Latina verfione et Annotationibus *Seb.* MVNSTERI, *Baf. ap. Ioh. Froben.* 1524, 8.

Prophetae maiores et minores, cum Commentariis Don *Ifaaci* ABARBANEL, Iudaeorum Lufitanorum olim Aechmalotarchae, Hebraice, *Amft.* 1641, *fol.*

HOSEE cum Targum, id eft Chaldaica Paraphrafi IONATHAN et Commentariis *R. Selomo* IARCHI, *R. Abraham* ABEN EZRA et *R. Dav.* KIMHI, variis lectionibus ex multorum exemplarium collatione in margine adfcriptis, 4.

In XII. Prophetas Chaldaea IONATHAE, VZIELIS *filii*, interpretatio (feu potius in HOSEAM et IOEL) diligenter emendata et punctis iuxta Analogiam notata per *Ioh.* MERCERVM, *Parif. ex offic. Car. Stephani*, 1557, 4.

AMOS, ABDIAE et IONAE, Chaldaea Interpretatio, punctis juxta Analogiam grammaticam notata, cum varia lectione per *Ioh.* MERCERVM. Accefferunt *eiusdem* Scholia in loca difficiliora Targum, *Parif. ex officina Car. Stephani*, 1557, 4.

MICHAEAE, NAHVM, HABACVC, SOPHONIAE, HAGGAEI, ZACHARIAE et MALACHIAE, Chaldaea Interpretatio, cum punctis et varia lectione, per *Ioh.* MERCERIVM, *Parif. ex officina Car. Stephani*, 1558, 4.

Euangelium fecundum MATTHAEVM in Lingua Hebraica, cum verfione Latina atque fuccinctis annotationibus *Sebaft.* MVNSTERI, *Baf. ap. Henr. Petrum*, 1537, *fol.*

CAPVT III.

BIBLIA IN VARIAS LINGVAS ORIENTALES TRANSLATA, EORVMQVE PARTES.

C*ph.* CELLARII Horae Samaritanae, hoc eft excerpta Pentateuchi Samaritanae verfionis, cum Latina interpretatione noua et annotationibus perpetuis. Etiam Grammatica Samaritana exemplis illuftrata, et Gloffarium, feu Index Vocabulorum, *Cizae, ap. Ioh. Bielckium*, 1682, 4.

Pentateuchus MOSIS, Arabice, ftudio *Thomae* ERPENII editus, *Lugd. Bat. ex typogr. Erpeniana, ap. Ioh. Maire*, 1622, 4.

Nouum Teftamentum, Syriace, curante *Ioh. Alb.* WIDMANSTADIO, *Mofe* MEREDINAEO ex Mefopotamia Catholico Sacerdote multam operam et ftudium nauante. In fine Operis haec leguntur:

In vrbe Vienna ampliffimarum Orientalis Auftriae Prouinciarum metropoli, florentiffima, ad hunc exitum perductum eft diuinum hoc opus Ao. 1555, d. 27. Septembris,

Regiis

Regiis impensis Caspar Craphtus, Eluangensis, Sueuus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat, Michael Cymbermannus prelo et operis suis excudebat, 4to.

Nouum Testamentum Syriacum, punctis vocalibus animatum, cum Lexico et institutionibus Linguae Syriacae. Accedunt Notae, difficiliora Noui Testamenti loca explicantes, Auctore *Aeg.* GVTBIRIO, *Hamb. typis et sumtibus Auctoris, 1663, 8.*

Epistola PAVLI ad Galatas, item Sex primaria Capita Christianae Religionis, Arabice. Adiunctum est Compendium Grammatices Arabicae, Auctore *Rutg.* SPEY. Addita est interpretatio Latina eodem Auctore, *Heidelb. excud. Iac. Mylius, 1583, 4.*

S. IACOBI Apostoli Epistolae Catholicae versio Arabica, cum interpretatione et punctatione *Ioh.* NISSELII, cui accessit Glossarium radices in eadem occurrentes serie alphabetica exhibens, cura et studio *Nic.* PANECII, *Wittenb. typis Chr. Kreusigii, 1694, 4.*

CAPVT IV.

BIBLIA GRAECA.

SECTIO I.

BIBLIA INTEGRA.

Sacrae Scripturae veteris nouaeque omnia, Graece, *Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1518, mense Febr. fol.*

Biblia Graeca, siue Diuinae Scripturae Veteris et Noui Testamenti omnia, innumeris locis nunc demum, et optimorum librorum collatione, et doctorum virorum opera, multo quam antea emendatiora in lucem edita; cum Praefatione *Phil.* MELANCHTHONIS, *Bas. per Ioh. Heruagium, 1545, fol.*

Biblia Graeca, seu Diuinae Scripturae Veteris et Noui Testamenti omnia, recens a viro doctissimo (*Franc.* IVNIO, vt fertur, aut *Frid.* SYLBVRGIO) diligenter recognita, et multis locis emendata, variisque lectionibus, ex diuersorum exemplarium collatione decerptis; et ad Hebraicam veritatem in Veteri Testamento reuocatis, aucta et illustrata, *Frf. ap. Andr. Wecheli haeredes, Claud. Marnium et Ioh. Aubrium, 1597, fol.*

SECTIO II.

VETVS TESTAMENTVM.

Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta, collecta, versa et Notis illustrata a *Ioh.* DRVSIO, *Arnh. apud Ioh. Janssonium, typis Frid. Heinsii, 1622, 4.*

ORIGENIS Hexaplorum Pars non minima, Graece et Latine.

v. in Opp. *S.* HIERONYMI Tom. II. p. 830. edit. a *Ioh.* MARTIANAY, *Paris. 1699, fol.*

—— Hexaplorum, quae supersunt, multis partibus

partibus auctiora, quam a *Flaminio* NOBILIO et *Ioh.* DRVSIO edita sunt. Ex Manuscriptis et ex libris editis eruit et Notis illustrauit *Bern.* DE MONTFAUCON. Accedunt opuscula quaedam ORIGENIS anecdota, et ad calcem Lexicon Hebraicum ex veterum interpretationibus concinnatum, itemque Lexicon Graecum, et alia, Tomi II, *Parif. ap. Lud. Guerin. cet.* 1713, *fol. Voll. II.*

Septuaginta Interpretum Tomi IV, quos ex Alexandrino Codice accurate descriptos et ope aliorum exemplarium ac priscorum Scriptorum, praesertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae emendatos et suppletos edidit *Ioh. Ern.* GRABE, *Oxonii, e Theatro Sheldoniano*, Tom. I, 1707, Tom. II, 1719, Tom. III, 1720, Tom. IV, 1709, *8. mai. Voll. IV.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, secundum Exemplar Romae editum, accuratissime denuo recognitum, vna cum scholiis eiusdem editionis, variis Mstorum Codicum veterumque exemplarium Lectionibus, nec non fragmentis versionum AQVILAE, SYMMACHI et THEODOTIONIS. Summa cura edidit *Lamb.* BOS, *Franeq. excud. Franc. Halma*, 1709, *4. mai. Voll. II.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, secundum Exemplar Vaticanum Romae editum, denuo recognitum, Praefationem vna cum variis Lectionibus e praestantissimis MSS. Codicibus Bibliothecae Leidensis descriptis praemisit *Dav.* MILLIVS, Tomi II, *Amst. sumt. societat.* 1725, *8. Voll. II.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, olim ad fidem Codicis MS. Alexandrini expressum, emendatum ac suppletum a *Ioh. Ern.* GRABE; Nunc vero Exemplaris Vaticani aliorumque MSS. Codd. Lectionibus variantibus, nec non criticis Dissertationibus illustratum, insigniterque locupletatum. Summa cura edidit *Ioh. Iac.* BREITINGERVS, Tomi IV, *Tiguri Heluet. ex officina Ioh. Heideggeri et Soc.* Tom. I, 1730, Tom. II, 1731, Tom. III, 1732, Tom. IV, 1730, *4. mai. Voll. IV.*

Caput I. Genefeos, Hebraice et Graece.
v. Supra inter Biblior. Hebr. Partes.

Libri Iudicum Caput VI. et XVIII. Graece, ex Codice Romano et Alexandrino.
v. in Iac. VSSERII *Syntagmate de LXX. Interpret. versione, Lipf.* 1695, *4. pag.* 51.

Libri ESTHER Editiones Graecae duae, ex Arundelliana Bibliotheca productae.
v. in Iac. VSSERII *Syntagm. de LXX. Interpret. vers. Lipf.* 1695, *4. in fine.*

Textus IOBI στιχηρως, iuxta veram et germanam LXX. Seniorum Interpretationem, e venerando Bibliothecae Regis Angliae Manuscripto Alexandrino.
v. in Catena Graeca Patrum in IOB per NICETAM *edita studio Patricii* IVNII, *Lond.* 1637, *fol.*

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ, *Venetiis in aedibus Aldi Manutii, anno non indicato*, 4°. In fine legitur: Ἅπαντα τετράδοια πλὴν τοῦ ἐκεῖνο γὰρ τριάδοιον. Ἐγράφη ἐν Ἐνετίαις ἐν οἰκίᾳ Ἄλδε Μανετίε.

— Epistolae II, vna ad ANDRONICVM, altera ad OLYMPIANVM, Graece et Latine.
v. ibid. Tomo II, p. 575 et 576.

— Epistolae II ad BASILIVM, antea ineditae, Graece et Latine.
v. in COTELERII Ecclesiae Graecae Monument. T. II, p. 96.

— Epistolae XII ad ARISTAENETVM, ENTRECHIVM et ACACIVM, Graece, ex MS. Vaticano depromtae.
v. in LAMBECII Commentar. de Bibliotheca Vindobon. Lib. VI, p. 244, seq.

— Eaedem Epistolae XII, iam primum editae, cum interpretatione Latina *Barth. Christ.* RICHARDI. Accedunt *Lucae* HOLSTENII et *Petri* LAMBECII Obseruationes, *Frf. et Lips.* 1707, 8.

— Epistola ad IAMBLICHVM, Graece et Latine, interprete *Ioh. Alb.* FABRICIO.
v. in FABRICII Bibl. Gr. T. IV, p. 284.

— Epistolae quaedam ad IVLIANVM Imp. ineditae, Graece et Latine.
v. in FABRICII Bibliotheca Gr. T. VII, p. 397, seq.

— Epistolae XVIII, ad THEMISTIVM, pleraeque nunc primum editae, Graece, cum Latina versione *Ioh. Alb.* FABRICII.
v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. VIII, p. 37, seq.

— Epistola ad AMMIANVM *Marcellinum*, Graece et Latine.
v. in *Henr.* VALESII Praefatione, praemissa AMMIANO *Marcellino* GRONOVII, *Lugd. Bat.* 1693, *fol.*

— Epistola alia ad *eundem*, Graece et Latine.
v. in FABRICII Biblioth. Latina, T. III, p. 128.

— Epistolarum adhuc non editarum Centuria selecta, Graece, cum versione et Notis *Ioh. Cph.* WOLFII. Appendicis loco suppletur ex Manuscripto lacuna, quae deprehenditur in Oratione LIBANII in

in necem Iuliani Imp. *Lipſ. ap. Ioh. Frid. Gleditſch*, 1711, 8.

— Epiſtolae VII, Graece, cum Latina verſione et Notis *Ioh. Cph.* WOLFII.

v. in *Ioh. Cph.* WOLFII Anecdot. Graec. Tom. II, p. 331, ſeq.

— Epiſtolae XVIII, Graece, cum *eiusdem* verſione et Notis.

v. ibid. Tom. III, p. 262, ſeq.

— Epiſtolae, quas nunc primum maximam partem e variis Codicibus, manu exaratis, edidit, Latine conuertit, et Notis illuſtrauit, *Ioh. Cph.* WOLFIVS. Accedunt in calce *eiusdem* LIBANII Epiſtolae, a *Franc.* ZAMBICARIO olim Latine conuerſae, et Cracouiae primum editae, hic autem integra propemodum Centuria auctae, *Amſt. apud Ianſſonio-Waesbergios*, 1738, *fol.*

— Narrationes, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete,

v. in *Leon.* ALLATII Excerptis Graecor. Sophiſtar. et Rhetorum, *Romae*, 1641, 8. pag. 47, ſeq.

— Deſcriptiones, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Excerptis Rhetor. pag. 84.

— Proludia Rhetorica, ſ. Progymnaſmata, nondum edita, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Excerptis Graecor. Sophiſtar. et Rhetor. *Romae*, 1641, 8. p. 342.

Ioh. Henr. MAIVS *Corrections de quelques endroits des Harangues de* LIBANIVS.

v. *dans l'Hiſt. critique de la Republ. des Lettres*, T. XIII, p. 154.

Chriſtfr. WAECHTLERI Epiſtola de quibusdam locis LIBANII.

v. in Act. Eruditor. An. 1721, p. 266.

§. VII.

MAXIMVS, *Sophiſta Byzant.*

MAXIMI, Sophiſtae, de Obiectionibus inſolubilibus ab Oratore declinandis et eludendis, Graece, cum Latina verſione *Ioh. Alb.* FABRICII.

v. in FABRICII Bibl. Gr. T. IX, p. 570.

§. VIII.

MAXIMVS, *Epheſius*, Philoſophus.

MAXIMI, Philoſophi, Carmen de Electionum auſpiciis, Graece, cum *Ioh.* RENTDORFII verſione Latina.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. VIII, p. 415. etc.

Gratiani de S. BAVONE Animaduerſio in MAXIMI *Philoſophi* locum.

v. in Miſcell. Obſeruatt. in Auctor. Vol. VIII, Tom. II, p. 287.

§. IX.

§. IX.

IVLIANVS, Imperator.

IVLIANI Opera, quae superfunt, omnia, et S. CYRILLI, *Alexandriae Archiepiscopi*, contra impium Iulianum Libri X. Accedunt *Dionysii* PETAVII in IVLIANVM Notae, et *aliorum* in aliquot *eiusdem Imperatoris* libros, Praefationes et Notae, *Ezech.* SPANHEMIVS Graecum IVLIANI textum recensuit, cum manuscriptis Codicibus contulit, plures inde lacunas suppleuit, et Obseruationes tam ad IVLIANVM, quam ad CYRILLVM, addidit, *Lips. sumt. heredum M. G. Weidmanni et I. L. Gleditschii*, 1696, *fol.*

IVLIANI Caesares, Graece et Latine, *Car.* CANTOCLARO interprete, cum Notis *Frid.* SYLBVRGII.

v. inter SYLBVRGII Scriptores Histor. Rom. Tomo III, p. 832.

—— Iidem, Graece et Latine, *eodem* interprete.

v. inter Varior. Auctor. Satyras, *Lugd. Bat.* 1655, 12. Tomo I.

—— Iidem, Graece, cum integris annotationibus aliquot doctorum virorum, et selectis *Ezech.* SPANHEMII, interpretatione item Latina et Gallica, additis Imperatorum Numis, ex instituto et Bibliotheca *Chr. Sigism.* LIEBE. Accedit SPONII Dissertatio de vsu nummorum in Physiognomia, et Vita Iuliani. Recensuit, cum Codice MS. Augustano editisque omnibus contulit, variantes lectiones, Obseruationes et Indices adiecit *Ioh. Mich.* HEVSINGER, *Gothae, ex offic. Reyheriana*, 1736, 8.

—— Iidem, Latine, *Petro* CVNAEO interprete.

v. cum *Nic.* RIGALTII Funere Parasitico, *I.* LIPSII Satira Menippaea, et *P.* CVNAEI Sardis venal. *Lugd. Bat.* 1620, 12. inter varior. Auctor. Satyras, *Lugd. Bat.* 1655, 12. T. I, p. 111. et cum *Petri* CVNAEI Oration. *Lips.* 1693, 8. p. 469.

Les Cesars de l'Empereur IVLIEN, *traduits du Grec par feu Mr. le Baron de* SPANHEIM, *avec des Remarques et des Preuves, enrichies de plus de 300 Medailles et autres anciens Monumens, gravés par* Bernard PICART, *Amst. chez François l'Honoré*, 1728, 4. *maj.*

Die Kayser des IVLIANVS, *eine Stachel-Schrift, aus dem Griechischen ins Deutsche übersetzt von* Iohann George LOTTER.

S. *die Schrifften und Uebersetzungen der Deutschen Gesellschafft in Leipzig*, T. II, p. 371.

IVLIANI Misopogon, Graece et Latine, interprete *Petro* MARTINIO.

v. inter varior. Auctor. Satyras, *Lugd. Bat.* 1655, 12. Tomo I, p. 106.

—— Epistolae IX, Graece.

v. in Collectione Epistolar. Graecar. *Venet. ap. Aldum*, 1499, 4.

—— Epistolae IV, Graece, cum versione et Notis *Ludov. Ant.* MVRATORII.

v. in MVRATORII Anecdotis Graecis, *Patauii*, 1709, 4. pag. 325.

—— Epistolae eaedem IV, Graece, cum eadem Versione.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. VII, pag. 84.

§. X.

ORIBASIVS.

ORIBASII Libri II, de Ligamentis et machinamentis chirurgicis, Latine, *Vido* VIDIO interprete.

v. in *Conr.* GESNERI Collectione Scriptor. chirurgicor. *Tiguri*, 1555, *fol.*

— Opera, tribus Tomis digesta, Latine, *Ioh. Bapt.* RASARIO interprete.

v. inter *Henr.* STEPHANI Medicae artis Principes, *Parif.* 1567, *fol.* Tom. I, p. 769, seq.

§. XI.

ARISTAENETVS.

ARISTAENETI Epistolae Graecae, cum Latina interpretatione et Notis [*Iosiae* MERCERI,] Editio tertia, emendatior et auctior, *Parif. ap. Marc. Orry*, 1610, 8.

— Eaedem, cum eadem versione et iisdem Notis. Curante *Ioh. Corn. de* PAVW, cuius Notae accedunt, *Traj. ad Rhen. ap. Herm. Besseling*, 1737, 8.

Lettres d' ARISTENETE, *avec les Lettres choisies d'* ALCIPHRON, *traduites du Grec*, à Londres, 1739, 12.

Claudii SALMASII, *Thomae* MVNKERI, et *Conr. Sam.* SCHVRZFLEISCHII Notae MSS. in ARISTAENETI Epistolas.

v. in *Henr. Leonh.* SCHVRZFLEISCHII Actis Litterariis, *Viteb.* 1714, 8. pag. 100, seq.

Animaduersiones in ARISTAENETVM.

v. in Miscell. Obseruatt. in Auctor. Vol. I, T. III, p. 391-398.

§. XII.

THEMISTIVS.

THEMISTII, *Euphradae*, Orationes aliquot non editae, Graece, cum interpretatione *Petri* PANTINI, et viri eruditi Notis, *Lugd. Bat. exc. Ioh. Patius*, 1614, 8.

— Orationes XIX, Graece et Latine, coniunctim editae. *Dionysius* PETAVIVS magnam illarum partem Latine reddidit, reliquarum interpretationem recensuit, Notis vniuersas atque emendationibus illustrauit, *Parif. ex offic. Niuelliana*, *sumt. Sebast. Cramoisy*, 1618, 4.

— Orationes XXXIII, e quibus tredecim nunc primum in lucem editae. *Dionysius* PETAVIVS Latine plerasque reddidit, ac fere vicenas Notis illustrauit. Accesserunt ad easdem XX Orationes Notae alternae, ad reliquas tredecim perpetuae Obseruationes *Ioh.* HARDVINI, *Parif. exc. Sebast. Mabre-Cramoisy*, 1684, *fol.*

— Oratio de Amicitia, Latine, ex interpretatione *Hieron.* DONZELLINI, *Helmst. e typographeo Luciorum*, 1633, 8.

— Paraphrasis in posteriora analytica ARISTOTELIS.

v. supra sub Articulo ARISTOTELES.

— Para-

—— Paraphrasis Physicor. ARISTOTELIS. vid. *ibid.*

—— Paraphrasis Libror. de Anima. vid. *ibid.*

—— Paraphrasis Libror. de memor. etc. vid. *ibid.*

—— Paraphras. Libror. ARISTOT. de Coelo. vid. *ibid.*

—— Paraphras. Libri XII Metaphysicor. vid. *ibid.*

S. P. C. Emendationes et explanationes locorum quorundam Orationis I THEMISTII.

v. in Supplem. Act. Erud. Tom. IX, Sect. XI, p. 473.

§. XIII.

H I M E R I V S.

HIMERII, Sophistae, Fragmenta.

v. in PHOTII Bibliotheca, s. Excerptis, Cod. CCXLIII.

—— Oratio nuptialis; Laudatio Atheniensium, qui in bello Persico occubuerunt; Oratio gratulatoria de Imperatoris aduentu in vrbem, Graece et Latine, cum Notis *Ioh. Henr.* MAII, Fil.

v. in Bibliotheca Vffenbachiana MSCta, *Halae Hermund.* 1720, *fol.* Part. II, pag. 590, seq.

§. XIV.

H A R P O C R A T I O N.

HARPOCRATIONIS Lexicon, Graece.

v. vna cum VLPIANI Commentar. in DEMOSTHENEM, *Venet.* 1503, *fol.*

—— Lexicon decem Oratorum. *Nic.* BLANCARDVS emendauit, dispofuit, Latine vertit, ac Elenchum veterum Scriptorum adiecit. Subiiciuntur *Phil. Iac.* MAVSSACI Notae et Dissertatio critica de Auctore etc. Omnia ex Tolosana appendice correcta et suppleta. Accesserunt *Henr.* VALESII Notae et Animaduersiones in HARPOCRATIONEM et MAVSSACI Notas, *Lugd. Bat. per I. a Gelder et I. A. de la Font,* 1683, 4.

—— Quaedam, excerpta ex *eius* Lexico, Graece.

v. cum ISOCRATE, *Venet. ap. Aldum,* 1534, *fol.*

§. XV.

P A V L V S, *Alexandr.* Astrolog.

PAVLI, *Alexandrini*, Introductio in doctrinam de viribus et effectis astrorum, Graece, cum versione *Andr.* SCHATONIS, *Witeb.* 1586, 8.

§. XVI.

PAPPVS *Alexandrinus.*

PAPPI, *Alexandrini*, Fragmentum Libri II. Mathematicae Collectionis, e Codice MS. editum, cum versione et Notis *Ioh.* WALLISII.

v. ad calcem ARISTARCHI *Samii*, *Oxon.* 1688, 8. et in WALLISII Opp. Mathemat. *Oxon.* 1699, *fol.* Tom. III, p. 595.

— Praefatio ad Librum VII *Eiusd.* mathematicae Collectionis, Graece et Latine. Praemissa est APOLLONII *Pergaei* de Sectione rationis Libris II, ab *Edm.* HALLEY ed. *Oxon.* 1706, 8.

§. XVII.

THEON, *Alexandrin.* Mathemat.

THEONIS, *Alexandrini*, Commentarii in EVCLIDEM, PTOLEMAEVM, et ARATVM.

v. supra Articulos: EVCLIDES, PTOLEMAEVS, ARATVS.

— Fasti Graeci priores, nunc primum editi e MSto Sauiliano, et *Eiusdem* Fragmentum in πϱοχείϱους PTOLEMAEI κανόνας, e MSto Barocciano.

v. in *Henr.* DODWELLI Appendice ad Dissertationes Cyprianicas, *Oxon.* 1684, 8.

Obseruationes in THEONIS Fastos Graecos priores, et in *Eiusdem* fragmentum in expeditos Canones. Accedit de Canone Regum Astronomico, eiusque Auctoribus, Editionibus, MSStis, et quae eo pertinent, Dissertatio, in qua duplex Canon Regum Astronomicus nunc primum editur ex Codice MSto Lugduno Batauo, *Amst. ap. Ioh. Boom*, 1735, 4.

§. XVIII.

AETIVS, *Amidenus.*

AETII, *Amideni*, Librorum medicinalium Tomus primus, primi scilicet Libri VIII, nunc primum in lucem editi, Graece, *Venetiis, in aedib. Hered. Aldi et Andr. Asulani*, 1534, *fol.*

— Contractae ex veteribus medicinae Tetrabiblos, hoc est quaternio, s. Libri vniuersales IV, singuli IV Sermones complectentes, Latine, *Iano* CORNARIO interprete.

v. inter Medicos Principes *Henr.* STEPHANI, *Genev.* 1567, *fol.* T. II.

— Ex Sermone III Tetrabibli, Caput 164, de significationibus Stellarum, Graece et Latine, *Iano* CORNARIO interprete.

v. in PETAVII Vranologio, p. 421.

§. XIX.

AMMONIVS, *Grammaticus.*

AMMONII Liber de Differentia plurimarum dictionum, Graece.

v. in Thefauro Dictionum Graecarum, *Ferrariae, 1510, fol.*

—— Idem Libellus, Graece.

v. in Appendice ad *Henr.* STEPHANI Thefaur. Graecae Linguae, *1572, fol.*

—— Idem Libellus, Graece.

v. in Append. ad Lexicon SCAPVLAE, *Baf. 1665, fol.* et in libello infcripto: *Σταχυολογία τεχνολογική, Venet. 1694, 8.*

—— De adfinium vocabulorum differentia. Accedunt Opufcula nondum edita: ERANIVS PHILO de differentia fignificationis; LESBONAX de figuris grammaticis; *Incerti Scriptores* de Soloecifmo et Barbarifmo; Lexicon de Spiritibus dictionum, ex operibus TRYPHONIS, CHOEROBOSCI, THEODORITI etc. felectum. AMMONIVM ope MS. Primae Editionis Aldinae, et aliunde, emaculauit, et Notis illuftrauit. Reliqua ex Codd. MSS. Bibliothecae Lugduno-Batauae nunc primum vulgauit *Ludov. Cafp.* VALCKENAER, *Lugd. Bat. ap. Ioh. Luzac, 1739, 4.*

Lud. Cafp. VALCKENAER Animaduerfionum ad AMMONIVM Grammaticum Libri III, in quibus veterum Scriptorum loca tentantur et emendantur. Accedit Specimen Scholiorum ad HOMERVM ineditorum ex Codice Voffiano Bibliothecae Lugduno-Batauae, *ibid. 1739, 4.*

Zach. PLANTINI Coniecturarum in Textum AMMONII Graecum breue Specimen.

v. in Actis Litterariis Sueciae, An. 1723, p. 432.

§. XX.

EVNAPIVS, *Sardianus.*

EVNAPIVS, *Sardianus*, de Vitis Philofophorum et Sophiftarum, *Hadr.* IVNIO interprete. Graeca cum MSS. Palatinis comparata, aucta et emendata *Hieron.* COMMELINI Opera. Nunc recens accedunt *eiusdem Auctoris* Legationes, e Bibliotheca *Andr.* SCHOTTI, *Geneuae, ap. Paul. Stephanum, 1616, 8.*

—— Legationes, Graece,

v. cum *Eiusd.* Vitis Philofophor. Edit. modo laudata.

—— Eaedem, Graece et Latine, cum *Henr.* VALESII Notis.

v. in *Phil.* LABBEI de Scriptor. Byzant. Protreptico, p. 15, feq.

Ioh. Bened. CARPZOVII Specimen EVNAPII edendi ῬΗΣΙΣ ex Aedefio, de Sofipatra, *Lipfiae, ex offic. Breitkopfiana 1748, 4.*

§. XXI.

NONNVS, *Panopolites.*

NONNI, *Panopolitae*, Dionyfiaca, nunc primum in lucem edita ex Bibliotheca *Ioh.* SAMBVCI, cum Lectionibus et coniecturis *Gerh.* FALKENBVRGII, *Antv. ex offic. Cph. Plantini, 1569, 4.*

—— Eadem, Graece, cum Latina verſione *Eilh.* LVBINI, et Notis marginalibus.
v. in *Iac.* LECTII Corpore Poetar. Graecor. *Genev.* 1606, *fol.*

—— Eadem, Graece, cum eadem Verſione, *Petri* CVNAEI animaduerſionum Libro, *Dan.* HEINSII Diſſertatione de NONNI Dionyſiacis. *Ioſ.* SCALIGERI Coniectaneis, et *Gerh.* FALCKENBVRGII Lectionibus, *Hanouiae, typis Wechelianis,* 1610, 8.

—— Conuerſio Euangelii ſecundum IOANNEM, Graece, nunc primum ad verbum Latina facta, multisque locis emendata, per *Ioh.* BORDATVM, *Pariſiis, in officina Caroli Perier,* 1561, 4.

* In fronte Libri extat Epiſtola Latina ad Fridericum, Abbatem Noribergenſem, manu *Phil.* MELANCHTHONIS exarata.

—— Paraphraſis S. Euangelii ſecundum IOANNEM, Graece et Latine.
v. cum Homericis Centonibus, *ap. Henr. Stephan.* 1578, 12.

—— Paraphraſis Euangelii *S.* IOANNIS, Latine, ex interpretatione *Ioh.* BORDATI et *Erh.* HEDENECCII, plurimis in locis emendata, opera *Franc.* NANSII,
v. in Bibliotheca Max. Patrum, *Lugd.* Tomo IX, p. 437, ſeq.

—— Collectio et Explicatio Hiſtoriarum.
v. in GREGORII *Nazianzeni* Opp. T. II, *Colon.* 1690, *fol.*

§. XXII.

SYNESIVS, *Cyrenaeus.*

Huius Editiones in Catalogo Patrum Graecorum, conuenientius, quam hic, ſuo tempore referentur.

§. XXIII.

OLYMPIODORVS.

OLYMPIODORI Fragmenta Hiſtorica, Graece et Latine, interprete *Andr.* SCHOTTO.
v. inter PHOTII Excerpta, Cod. LXXX, *Roth.* 1653, *fol.*

—— Eadem, Graece et Latine, interpr. *Andr.* SCHOTTO, cum *Phil.* LABBEI Notis.
v. inter Eclogas Hiſtoricor. de Reb. Byzantin. *Phil.* LABBEI, p. 1, ſeq.

—— Eadem, Graece, cum verſione et Notis *Frid.* SYLBVRGII.
v. inter SYLBVRGII Scriptor. Hiſtor. Rom. Tomo III, p. 853.

§. XXIV.

PRISCVS, *Rhetor et Sophiſta.*

PRISCI, Rhetoris et Sophiſtae, Fragmenta, Graece et Latine, *Car.* CANTOCLARO interprete, cum *eiusdem* et *Henr.* VALESII Notis.
v. cum Excerptis de Legationibus, *Pariſ.* 1648, *fol.*

§. XXV.

ZOSIMVS.

Zosimi Historiae nouae Libri II, nunc primum Graece editi, cum versione Latina.

v. vna cum HERODIANO *per Henr. Stephanum,* 1581, 4.

— Historiarum Libri VI, a *Frid.* SYLBVRGIO ad duos MSS. Codices Thuanum et Palatinum recensiti, Graece, cum versione ex Secundis *Ioh.* LEVNCLAVII curis, adiectis *eiusdem* Apologia pro ZOSIMO, SYLBVRGIIque castigationibus.

v. inter SYLBVRGII Scriptor. Historiae Rom. *Frf.* 1590, *fol.* T. III, p. 632, seq.

— Historiae nouae Libri VI, Graece, cum versione Latina *Ioh.* LEVNCLAVII, et cum Notis (cura *Thomae* SMITHI,) *Oxonii, e Theatro Sheldoniano,* 1679, 8.

— Historia noua, ex recensione *Frid.* SYLBVRGII, cum Latina interpretatione *Ioh.* LEVNCLAVII et Notis variorum, accurante *Cph.* CELLARIO, Editio Secunda, *Ienae, litteris Krebsianis,* 1713, 8.

Cph. Aug. HEVMANNI Hebdomas Zosimiana.

v. in HEVMANNI Parergis criticis, *Ienae,* 1712, 8. p. 70-74.

§. XXVI.

CLEOMEDES.

Cleomedis de mundo, siue circularis inspectionis meteororum Libri II, Graece, cum Latina versione *Geo.* VALLAE.

v. vna cum PROCLI Libro de Sphaera, et aliis, *Bas.* 1585, 8.

— Iidem Libri II, Latine, *Geo.* VALLA interprete.

v. inter Scripta varia, *Geo.* VALLA interprete, *Venet.* 1498, *fol.*

§. XXVII.

APHTHONIVS.

Ex APHTHONII Exercitamentis de Fabula, tum de formicis et cicadis, Excerpta, Graece.

v. cum Fabulis AESOPI, *Venet. ap. Ald.* 1505, *fol.*

APHTHONII Libellus Progymnasmatum Graece, cum versione Latina *Ioach.* CAMERARII, *Lips. impr. Ioh. Steinmann,* 1588, 8.

— Progymnasmata, Graece, cum interpretatione Latina, ita emendata, vt noua videri possit, (cura *Dan.* HEINSII) Accessit THEONIS Progymnasmatibus, *Lugd. Bat. ap. Elzeuir.* 1626, 8.

— Eadem, partim a *Rud.* AGRICOLA, partim a *Ioh. Maria* CATANAEO, Latinitate donata, cum Scholiis *R.* LORICHII, Editio superioribus emendatior et concinnior, *Amst. ap. Ludov. Elzevirium,* 1649, 12.

— Eadem, Graece, cum versione Latina et methodica explicatione atque illustratione *Burch.* HARBART, Editio quinta,

quinta, correctior et auctior, *Stetini et Colb. typis Mich. Höpfneri, 1656, 8.*

Praefatio ad APHTHONII Progymnasmata, ex MS. Graece et Latine.

v. in Bibliotheca Coisliniana ed. a *Bern.* de MONTFAVCON, *a Paris. 1715, fol.* p. 590.

§. XXVIII.

PAVLVS *Aegineta.*

PAVLI *Aeginetae* de Re Medica Libri VII, Graece, *Venetiis, in aedib. Aldi et Andr. Asulani, 1528, fol.*

—— Iidem, Latine, *Iano* CORNARIO interprete, et cum *eiusdem* dolabellis, seu castigationibus.

v. inter *Henr.* STEPHANI Medicae Artis Principes, *Paris. 1567, fol.* Tom. I, p. 346, seq.

—— de Crisi et diebus decretoriis, eorumque signis, seu Libri II de Re medica Caput VII-XI, Latine, *Thomae* LINACRO interprete,

v. ad calcem *Ant.* THYLESII Libelli de coloribus, *Lutetiae, ap. Chr. Wechelum, 1529, 8.*

—— Praecepta Salubria, Latine, *Guil.* COPO interprete, *Argent. ex aedib. Matth. Schurerii, 1511, 4.*

§. XXIX.

STEPHANVS, *Byzantinus.*

N. I.

EDITIONES.

STEPHANVS *Byzantinus* de Vrbibus, Graece, *Venetiis, ap. Aldum, Romanum, 1502, fol.*

—— Idem, Graece, *Guil.* XYLANDRI labore a permultis mendis repurgatus, *Bas. ex offic. Oporiniana, 1568, fol.*

—— Gentilia, per Epitomen antehac de Vrbibus inscripta, quae ex Manuscriptis Codicibus Palatinis, a *Cl.* SALMASIO quondam collatis, et Manuscripto VOSSIANO restituit, suppleuit, Latina versione ac integro Commentario illustrauit *Abr.* BERKELIVS, Accedunt collectae a *Iac.* GRONOVIO variae Lectiones ex Codice MS. Perusino, intermixtis *eiusdem* Notis, cum excusatione de excerptis BOCHARTI et PALMERII a se non publicatis, *Lugd. Bat. ap. Fred. Haaring, 1694, fol.*

—— Fragmentum de Vrbibus, depromtum ex fidelissimis membranis perantiqui codicis Bibliothecae Sequierianae, Graece et Latine, cura, interpretatione et Notis *Sam.* TENNVLII, *Amst. ap. Petr. le Grand, 1669, 4.*

—— Fragmentum idem, Graece et Latine, emendatius ex codice ipso Seguieriano, cum Notis.

v. in Catalogo Biblioth. Coislinianae, *Paris. 1715, fol.* p. 281, seq.

—— Fragmentum de Dodone, Graece, cum triplici Latina versione et Academicis

micis Exercitationibus *Iac.* GRONOVII, *Lugd. Bat. ap. Dan. a Gaesbeeck, 1681, 4.*

—— Idem, cum Exercitationibus *Iac.* GRONOVII recognitis.

v. in GRONOVII Thesauro Antiquit. Graec. Tomo VII, p. 269, seq.

* *Iac.* TRIGLANDII Coniectanea ad quaedam loca obscura Fragmenti de Dodone. v. *ibid.* p. 321.

N. II.

SCRIPTA STEPHANVM BYZANTINVM ILLVSTRANTIA.

Sam. BOCHARTI Animaduersiones in STEPHANI *Byzantini* de Vrbibus et populis Epitomen, cum additamentis *Iac.* PALMERII a GRENTEMESNIL et S. MORINI.

v. in BOCHARTI Geographia Sacra, *Lugd. Bat. 1692, fol.* p. 791, seq.

Lucae HOLSTENII Notae et Castigationes postumae in STEPHANI *Byzantii* ΕΘΝΙΚΑ, quae vulgo περὶ πόλεων inscribuntur, editae a *Theod.* RYCKIO, qui SCYMNI *Chii*, Fragmenta, hactenus non edita, et Dissertationem de primis Italiae Colonis, et alia nonnulla, addidit, *Lugd. Bat. ap. Iac. Hackium, 1684, fol.*

—— Obseruationes ad Indicem Scriptorum a STEPHANO *Byzantino* citatorum.

v. in Miscell. Obseruatt. crit. nov. in Auctor. Tom. II, p. 117.

Ioh. GAVEL Notae in STEPHANVM *Byzantinum.*

v. in Miscell. Obseruatt. nouis in Auctor. Tom. IV, p. 219, Tom. V, p. 437.

§. XXX.

SEVERVS, *Alexandrinus*, Rhetor.

SEVERI, *Sophistae Alexandrini*, Ethopoeiae, Graece, cum versione Latina *Leon.* ALLATII.

v. inter *Leon.* ALLATII Excerpta Graecor. Sophistar. et Rhetorum, *Romae, 1641, 8.*

—— Eaedem, auctiores, Graece, cum noua versione Latina. Ex Manuscripto edidit et Notis illustrauit *Thom.* GALE.

v. inter Rhetores selectos a *Tho.* GALE edit. *Oxonii, 1676, 8.*

§. XXXI.

IOH. STOBAEVS.

Ioh. STOBAEI Sententiae, ex Thesauris Graecorum delectae, et in locos communes digestae, a *Conr.* GESNERO in Latinum sermonem traductae, sic, vt Latina Graecis e regione respondeant. Editio secunda, emendatior et auctior, *Bas. ex offic. Ioh. Oporini, 1549, fol.*

—— Idem Liber, cum eadem Versione Latina, Editio tertia, emendatior, *Tiguri, ap. Cph. Froschouerum, 1559, fol.*

—— Idem Liber, Graece et Latine, cum admixtis Collectaneis S. MAXIMI et *Ant.* MELISSAE, *Frf. ex offic. Andr. Wecheli, 1581, fol.*

Nobiles aliquot et ad Vitam recte instituendam conducentes Sententiae, ex STOBAEO, a VARINO *Camerte* versae, et in locos communes redactae, *Col. exc. Ioh. Gymnicus*, 1530, 8.

Gnomologia Graeco-Latina, siue insigniores et vetustiores Sententiae Philosophorum, Poetarum, Oratorum et Historicorum, ex magno Anthologio *Ioh.* STOBAEI excerptae, et in locos supra bis centum digestae. Accessit LVCIANI Somnium, Graece et Latine, cum Commentario. Per *Mich.* NEANDRVM, *Bas. ex offic. Iac. Parci, sumt. Ioh. Oporini*, 1557, 8.

Fragmenta Pythagoreorum, quorundam, e STOBAEO desumta, Graece, cum Latina versione *Guil.* CANTERI, et Notis.
v. in *Thomae* GALE Opusculis Mytholog. *Amst.* 1688, 8. p. 657, seq.

Dicta Poetarum, quae apud *Ioh.* STOBAEVM extant, emendata et Latino carmine reddita ab *Hug.* GROTIO. Accesserunt PLVTARCHI et BASILII M. de vsu Graecorum Poetarum Libelli, *Paris. ap. Nicol. Buon*, 1623, 4.

E NICOLAO, *Damasceno*, Excerpta de moribus gentium, per *Ioh.* STOBAEVM collecta, Graece, cum Latina versione *Nic.* CRAGII.
v. cum *Nic.* CRAGII Libro de Rep. Lacedaemonior. *Genev.* 1593, 8. *Lugd. Bat.* 1670, 8. et in GRONOVII Thesauro Antiq. Graec. T. VI.

Les Apophtegmes des Anciens, tirez de PLVTARQVE, *de* DIOGENE LAERCE, *d'*ELIEN, *d'*ATHENEE, *de* STOBEE, *de* MACROBE, *et de* quelques autres, *et les Stratagemes de* FRONTIN, *de la Traduction de* Nic. PERROT, *Sieur d'*ABLANCOVRT, *à Paris, chez Louis Billaine*, 1664, 4.

Anonymi Obseruata ad Eclogas physicas et ethicas STOBAEI.
v. in Miscell. Obseruatt. in Auctor. Vol. VII, Tom. II, p. 181.

§. XXXII.

AENEAS, *Gazaeus.*

AENEAS, *Gazaeus* et ZACHARIAS, *Mitylenaeus*, de Immortalitate Animae et mortalitate vniuersi. Graece et Latine: Prior cum versione et Notis *Casp.* BARTHII; Posterior cum interpretatione *Ioh.* TARINI, *eiusdem*que et BARTHII Notis, *Lips. typis Ioh. Baueri*, 1655, 4.

AENEAS *Gazaeus* de immortalitate animae, Latine.
v. in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, Tomo VIII, p. 649, seq.

AENEAE, Sophistae, s. Rhetoris *Gazaei* Epistolae XXV, Graece.
v. in Collectione Graecar. Epistolar. *Venet. ap. Aldum*, 1499, 4.

§. XXXIII.

THEON, *Alexandrinus*, Sophista.

THEONIS, Sophistae, Progymnasmata, accurate emendata ac recensita. Accedit interpretatio Latina, ita hac editione emendata, vt sit noua, (cura et studio *Dan.* HEINSII,) *Lugd. Bat. ap. Bonav. et Abr. Elzeuir.* 1626, 8.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

MALCHVS, *Philadelphienſ.*

MALCHI, *Philadelphienſis*, Fragmenta, Graece et Latine, *Car.* CANTOCLARO interprete, et cum *eiusdem* et *Henr.* VALESII Notis.

v. inter Excerpta de Legationibus, vna cum *Phil.* LABBEI Protreptico de Scriptor. Byzantin. *Pariſ.* 1648, *fol.*

§. XXXV.

SYRIANVS.

SYRIANI Commentar. in HERMOGENEM.
v. ſupra: HERMOGENES.

— Commentarii in ARISTOTELEM,
v. ſub Artic. ARISTOTELES.

§. XXXVI.

PROCLVS, *Lycius.*

PROCLI Liber de Prouidentia et Fato, et eo, quod in nobis, nunc primum editus, Latine, *Guil.* de MORBEKA, Archiepiſcopo Corinthi, interprete.
v. in FABRICII Bibliotheca Gr. Tomo VIII, p. 465.

Excerpta ex PROCLI Libro de decem dubitationibus circa Prouidentiam.
v. in FABRICII Biblioth. Gr. Tomo VIII, pag. 497, ſeq.

— Ex PROCLI Libro de malorum ſubſiſtentia.
v. in FABRICII Biblioth. Gr. Tomo VIII, pag. 502, ſq.

PROCLI Hymni IV, Graece.
v. cum Hymnis Orphei; *Venet.* ap. *Aldum*, 1517, 8.

— Hymni IV, in Solem, in Muſas et in Venerem, Graece et Latine.
v. in *Iac.* LECTII Corpore Poëtar. Graecor. *Genev.* 1606, *fol.* p. 737.

— Hymni duo in Venerem, Graece et Latine, *Hug.* GROTIO interprete.
v. in *Ioh.* STOBAEI Florilegio ab *Hug.* GROTIO ed. *Pariſ.* 1623, 4. p. 248.

— Hymnus in Solem, et alter in Muſas, Graece et Latine, *Fred.* MORELLO et *Godofr.* OLEARIO interpretibus; Item Hymni duo in Venerem, Graece et Latine, *Hug.* GROTIO interprete. Omnes cum Notis *Mich.* MAITTAIRE.
v. inter MAITTAIRII Miſcellanea Graecor. aliquot Scriptor. carmina, *Londini*, 1722, 4.

— In Theologiam PLATONIS Libri VI.
v. ſupra inter Commentatores PLATONIS.

— Inſtitutio Theologica, Graece, cum *Franc.* PORTI translatione Latina.
Subiuncta eſt *Eiusd.* Libris VI Theologiae Platonicae, *Hamb.* 1618, *fol.* p. 415.

— compendiaria de motu Diſputatio, poſteriores quinque ARISTOTELIS de auſcultatione naturali libros, mira breuitate complectens, Graece, *Baſ. per Ioh. Bebelium et Mich. Yſingrinium*, 1531, 8.

— De Aſtrolabio, ſ. Hypotypoſis aſtronomi-

nomicarum Positionum, Latine, *Geo.* VALLA interprete.

v. inter varia Scripta *Geo.* VALLA interprete, *Venet.* 1498, *fol.*

— Sphaera, s. de circulis coelestibus Libellus, Graece et Latine, *Tho.* LINACRO interprete.

v. cum *Iulio* FIRMICO, *M.* MANILIO et ARATO, *Venet. ap. Aldum*, 1499, *fol.*

— Idem Liber, Graece et Latine, *Thoma* LINACRO interprete, cum Annotationibus *Osw.* SCHRECKENFVCHSII, vna cum ARATO et DIONYSIO, *Afro*, *Bas.* 1585, 8.

v. supra inter Collection. Astronomor. Graec. Sect. IX.

— Idem Libellus, Graece, ex Codicum MSS. collatione emendatus, cum Latina versione *Ioh.* BAINBRIDGE, *Lond. exc. Guil. Iones*, 1620, 4.

— Paraphrasis in PTOLEMAEVM de Siderum Effectionibus, s. Tetrabibl.

v. supra Articulum: PTOLEMAEVS.

— In EVCLIDEM Libri IV.

v. supra Artic. EVCLIDES.

— Commentarius in HESIODI Opera et dies.

v. supra Artic. HESIODVS.

— Chrestomathia Poetica, siue Excerpta ex *eius* Electorum grammaticorum Libris II, Graece et Latine.

v. in PHOTII Bibliotheca, *Rothom.* 1653, *fol.* p. 982, sq.

— Eadem, Graece et Latine, interprete et Scholiaste *Andr.* SCHOTTO. Accessere et Notae *Petri Ioh.* NVNNESII, item Fragmentum *Scriptoris incerti*, antea CENSORINO tributum, nunc correctius, et aliquot capitibus auctius, editum a *Lud.* CARRIONE, cum Notis *eiusdem* NVNNESII.

v. ad calcem Syntaxeos APPOLLONII *Alexandrini*, *Frf.* 1590, 4. et cum Obseruationibus *Andr.* SCHOTTI, *Hanov.* 1615, 4.

— Commentarii in PLATONIS Timaeum.

v. supra Artic. PLATO.

— Commentarii in Alcibiadem prior. PLATONIS.

vid. *ibid.*

— Commentar. in Libr. PLATONIS de Republ.

vid. *ibid.*

— Characteres Epistolici.

Tribuuntur et LIBANIO, sub quo vide supra.

§. XXXVII.

AMMONIVS, *Hermeae F.*

AMMONII Commentarius in Isagogen PORPHYRII.

v. supra sub Artic. PORPHYRIVS.

— Commentar. in Categorias ARISTOTELIS.

v. ARISTOTELES.

— Commentar. in ARISTOTELEM de Interpretat.

vid. *ibid.*

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

EVTOCIVS, *Afcalonita*, Mathematicus.

EVTOCII *Afcalonitae* Commentarii in ARCHIMEDEM.
v. fupra Artic. ARCHIMEDES.

—— Commentaria in APOLLONIVM *Pergaeum*.
v. fub Artic. APOLLONIVS *Pergaeus*.

§. XXXIX.

SIMPLICIVS.

SIMPLICII Commentarius in Phyficam ARISTOTELIS.
v. fupra: ARISTOTELES.

—— Commentarius in Categorias ARISTOTELIS.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libr. ARISTOTELIS de Coelo.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libr. ARISTOTELIS de Anima.
vid. *ibid.*

—— Commentarius in EPICTETI Enchiridion.
v. fupra EPICTETVS

N. XL.

IOANNIS PHILOPONVS, *Grammaticus.*

IOANNIS PHILOPONI vita ARISTOTELIS.
Editiones commemorabuntur in Catalogo Vitarum, fub voce ARISTOTELES.

—— Commentarii in Analytica priora ARISTOTELIS.
v. fupra fub Articulo ARISTOTELES.

—— Commentarii in pofteriora Analytica.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libros IV priores Phyficor. ARISTOTELIS.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Librum I Meteoror.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libros III de Anima.
vid. *ibid.*

—— Commentarii in Libros II de generatione et interitu.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libros de Generat. Animalium.
vid. *ibid.*

—— Commentar. in Libros XIV Metaphyficor.
vid. *ibid.*

IOANNIS PHILOPONI, vel, vt alii volunt, CYRILLI Collectio dictionum, quae differunt Significatu, fecundum Ordinem Litterarum, Graece et Latine.
v. ad calcem Thefauri Dictionum Graecar. *Ferrariae*, 1510, *fol.*

—— Eadem, Graece et Latine.
v. in Appendice Thefauri Graecae Linguae *Henr.* STEPHANI, 1572, *fol.* et in fine Dictionarii Graeco-Latini, *Baf. ap. Henr. Petri*, 1572. *fol.*

—— Eadem, Graece et Latine, plus quintuplo aucta, et edita ab *Erafmo* SCHMIDT. Acceffit Difcurfus *Eiusdem* de pronunciatione Graeca antiqua, *Witteb. typis Richterianis*, 1615, 8.

—— Eadem, Graece et Latine.
v. ad Calcem SCAPVLAE Lexici, *Baf.* 1665, *fol.*

IOANNIS, Grammatici, s. PHILOPONI, de Graecae Linguae Dialectis, Graece et Latine.

v. in Thesauro, Cornu Copiae, et Hortis Adonidis, *Venet. ap. Aldum*, 1496, *fol.* in *Constantini* LASCARIS Opusculis grammaticis, *Venet. ap. Aldum*, 1512, 4. et *ap. Paul. Manutium*, 1557, 8. ad calcem Dictionarii Graeco-Latini, *Bas.* 1572, *fol.* in Appendice ad *Henr.* STEPHANI Thesaur. Graec. Ling. 1572, *fol.* et Lexici SCAPVLAE, *Bas.* 1665, *fol.*

Henr. STEPHANI Animaduersiones in Librum IOHANNIS Grammatici de Dialectis.

v. cum *eiusd.* Commentario de Atticae Linguae Idiomatis, ad calcem Glossarior. duor. *ap. Henr. Stephan.* 1573, *fol.*

§. XLI.

QVINTVS CALABER.

QVINTI, *Calabri*, Derelictorum ab HOMERO Libri XIV, cum TRYPHIODORO et COLVTHO, Graece, *ap. Aldum, sine indicio temporis*, 8.

— Praetermissorum ab HOMERO Libri XIV, Graece, *Bas. per Sixtum Henric. Petri*, 1569, 8.

— Iidem Libri XIV, Graece, et Latine olim reddita ac correcta a *Laur.* RHODOMANNO. Nunc accessit Epitome gemina, tum HOMERI et COINTI, tum vniuersae Historiae Troianae. Item DIONIS *Chrysostomi* Oratio de Ilio non capto, auctore et interprete *eodem*, Hanoviae, *typis Wechelianis*, 1604, 8.

— Iidem Libri XIV, Graece et Latine.

v. in *Iac.* LECTII Corpore Poëtar. Graecor. *Genev.* 1606, *fol.*

— Iidem, Graece, cum versione Latina et integris emendationibus *Laur.* RHODOMANNI, et Adnotamentis selectis *Claudii* DAVSQVEII. Curante *Ioh. Corn.* de PAVW, qui *suas* etiam emendationes addidit, *Lugd. Bat. ap. Ioh. van Abcoude*, 1734, 8. *maj.*

— Libri III postremi, Graece, cum versione *Laur.* RHODOMANNI.

v. in Parte II Operis Aurei NEANDRI, *Lips.* 1577, 4.

§. XLII.

COLVTHVS.

COLVTHI Poëma de raptu Helenae, Graece.

v. cum QVINTO *Calabro*, *ap. Aldum*, *sine anno*, 8.

— Idem, emendatius, Graece.

v. in *H.* STEPHANI Poëtis Graecis heroicis, *Paris.* 1566, *fol.*

— Idem, Graece, cum versione Latina, et Notis *Mich.* NEANDRI.

v. in NEANDRI Operis aurei Tomo II, *Lips.* 1577, 4.

— Idem, Graece et Latine, cum Notis marginalibus.

v. in *Iac.* LECTII Corpore Poëtar. Graecor. *Genev.* 1606, *fol.*

— Idem, Graece et Latine. Recensuit ad fidem Codicum MSS. ac variantes Lectiones et Notas adiecit *Ioh. Dan.* a LENNEP. Accedunt *eiusdem* Animaduersionum Libri III, tum in COLVTHVM, tum in nonnullos alios Auctores, *Leouardiae, ex offic. Gul. Coulon*, 1747, 8.

— Idem,

—— Idem, Latino carmine ab *Helio* EOBANO, *Heſſo*, redditum.

v. vna cum EOBANI *Heſſi* Deſcriptione Vrbis Norimbergae, *Norib.* 1532, *8.* et inter alia *eius* Poëmata, *Frf.* 1564, *8.*

—— Idem, ab *Helio* EOBANO, *Heſſo*, Latino carmine redditum; Epithalamium Helenes ex THEOCRITO; MOSCHI Amor fugitiuus, *eodem* interprete, *Erphurdiae, exc. Melch. Saxus*, 1534, 4.

Valent. Ern. LOESCHERI Lectiones Coluthianae et Annotationes in *eundem*.

v. inter *Eius* Diſſertationes ſacri et litterarii argumenti, *Viteb.* 1724, 4. p. 313, ſqq.

§. XLIII.

TRYPHIODORVS.

TRYPHIODORI Poëma de Troiae excidio, Graece.

v. cum QVINTO *Calabro* et COLVTHO, *ap. Aldum*, *8.*

—— Idem, emendatius, Graece.

v. inter Poëtas Graecos *Henr.* STEPHANI, 1566, *fol.*

—— Idem, Graece, ſtudio et opera *Henr.* RVMPII, *Hamb. exc. Paul. Langius*, 1617, *8.*

—— Idem, Graece et Latine, conuerſum Notisque illuſtratum a *Mich.* NEANDRO.

v. in NEANDRI Opere aureo, *Lipſ.* 1577, 4. Tomo II, p. 124, ſeq.

—— Idem, Graece et Latine, cum Notis marginalibus.

v. in *Iac.* LECTII Corpore Poëtar. Graecor. *Genev.* 1606, *fol.*

§. XLIV.

PROCOPIVS, *Caeſarienſis*.

N. I.

LIBRI HISTORIARVM.

PROCOPII, *Caeſarienſis*, Hiſtoriarum ſui temporis Libri VIII, Graece et Latine, interprete *Claudio* MALTRETO, a quo ſupplementis aucti ſunt Vaticanis, et in locis aliquot emendati, *Pariſ. ex Typogr. regia*, 1662, *fol. maj.*

*In Corpore Byzantino Pariſienſi.

—— Iidem Libri VIII, cum eadem verſione et Emendationibus, *Venetiis*, *ap. Barth. Iauarina*, 1729, *fol.*

*In Editione Veneta Corporis Byzantini.

—— Vandalicorum Libri II, et Gothicorum Libri IV, emendatiores ex Cod. MS. et Latine verſi ab *Hug.* GROTIO.

v. in *Hug.* GROTII Hiſtoria Gothorum, Vandalor. et Longobardor. *Amſt.* 1655, *8.*

—— Hiſtoriarum ſui temporis de bello Gothico Libri IV, Latine, ex interpretatione *Claudii* MALTRETI, et cum *Hug.* GROTII Explicatione nominum et verborum Gothicorum, Vandalicor. et Longobardicorum.

v. in MVRATORII Scriptoribus Rerum Ital. Tomo I, p. 243, ſeq.

N. II.

DE AEDIFICIIS IVSTINIANI.

PROCOPII de Aedificiis Iustiniani Libri VI, Graece et Latine, interprete *Claudio* MALTRETO, auctiores, quam ante, et emendatiores, *Parif. ex Typogr. regia, 1663, fol. maj.*

*In Editione Parifienfi Corporis Byzantini.

—— Iidem Libri VI, ex eadem recenfione, *Venetiis, ap. Barth. Iauarina, 1729, fol.*

*In Editione Veneta Corporis Byzantini.

—— De Iuftiniani aedificiis Orationes fex, Latinitate donatae, per ARNOLDVM, Wefalienfem, *Moguntiae, exc. Iuo Scheffer, 1538, 8.*

N. III.

ANECDOTA, f. HISTORIA ARCANA.

PROCOPII Anecdota, feu Hiftoria arcana, Graece et Latine, cum verfione *Nic.* ALEMANNI, ex Bibliotheca Vaticana prolata, nunc in plerisque locis συγχρόνων teftimoniis falfitatis conuicta a *Ioh.* EICHELIO, *Helmft. typis Henn. Mulleri, 1654, 4.*

—— Eadem, cum verfione Latina et Notis *Nic.* ALEMANNI. Recognouit, varias Lectiones adiecit, et lacunas fere omnes impleuit *Claud.* MALTRETVS, *Parif. ex typogr. Regia, 1663, fol. maj.*

*In Edit. Parifienfi Corporis Byzantini.

—— Eadem, ex eadem recenfione, *Venetiis, ap. Barth. Iauarina, 1729, fol.*

*In Edit. Veneta Corporis Byzantini.

Excerpta quaedam ex arcana PROCOPII Hiftoria, Latine verfa ab *Hug.* GROTIO, v. in GROTII Hiftor. Gothor. *Amft. 1655, 8.* p. 519 - 528.

Capitis IX Hiftoriae arcanae PROCOPII Loci duo, e Codice MS. Vaticano fuppleti, et Latine redditi, cum textu Graeco. v. in Menagianis, T. III, p. 255.

Thomae RIVII Defenfio Imperatoris Iuftiniani aduerfus ALEMANNVM, curante *Ioh.* EICHELIO, *Helmeft. ap. Henn. Mullerum, 1654, 4.*

§. XLV.

PETRVS, *Patricius et Magifter.*

PETRI, *Patricii et Magiftri*, Fragmenta, Graece et Latine, *Car.* CANTOCLARO interprete, et cum *eiusd.* et *Henr.* VALESII Notis. v. inter Excerpta de Legationibus, cum *Phil.* LABBEI Protreptico de Scriptor. Byzantin. *Parif. 1648, fol.*

§. XLVI.

AGATHIAS, *Scholafticus.*

AGATHIAE, Scholaftici, de Imperio et Rebus geftis Iuftiniani Imperatoris Libri V, Graece et Latine. Ex Bibliotheca et interpretatione *Bonav.* VVLCANII,

cum

cum Notis *eiusdem.* Accesserunt *eiusdem* AGATHIAE Epigrammata, cum versione Latina, *Paris. ex Typogr. Regia,* 1660, *fol. maj.*

*In Editione Parisiensi Corporis Byzantini.

—— Eadem, ex eadem recensione, *Venetiis, ap. Barth. Iauarina,* 1729, *fol.*

*In Editione Veneta Corporis Byzantini.

Excerpta e Libro I et II AGATHIAE, ad Gothos pertinentia, Latine, *Hug.* GROTIO interprete.

v. in *Hug.* GROTII Histor. Gothor. *Amst.* 1655, 8. et in MVRATORII Scriptoribus Rer. Ital. T. I, p. 381.

§. XLVII.

CHORICIVS, *Sophista.*

CHORICII, Sophistae, Orationes duae, vna in funere PROCOPII, *Gazaei,* Sophistae, altera in Sommium Ducem, nunc primum editae e Codice Holsteniano, Graece et Latine, *Ioh. Chr.* WOLFIO interprete.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. VIII, p. 841, seq.

§. XLVIII.

ALEXANDER TRALLIANVS.

ALEXANDRI, *Tralliani,* Therapeutica, Latine, *Ioh.* GVINTERIO, *Andernaco,* interprete.

v. in *H.* STEPHANI Artis Medicae Principibus, *Paris.* 1567, *fol.*

—— Epistola de Lumbricis, Graece et Latine, *Hieron.* MERCVRIALI interprete.

v. ad calcem variar. Lectiou. *Hieron.* MERCVRIALIS, *Venet.* 1570, 4. et recus. *ibid.* 1644, *fol.* et ad calcem libri *Eius* de morbis pueror. *Frf.* 1584, 8.

—— Eadem, Graece, cum eadem versione Latina.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. XII, p. 602.

§. XLIX.

HESYCHIVS MILESIVS.

HESYCHII, *Milesii,* de Viris doctrina claris, Liber, Graece, cum *Hadr.* IVNII Latina versione et castigationibus, *Henr.* STEPHANI et *Ioh.* MEVRSII Notis, *Lugd. Bat.* ex offic. *Godefr. Basson,* 1613, 8.

v. vna cum *Eiusd.* Opusculo de Viris claris, *Lugd. Bat.* 1613, 8.

—— Idem Opusculum, Graece, cum eadem versione et Notis.

v. in Edit. Parisiensi et Veneta Corporis Byzantini, inter Eclogas Historicor. de rebus Byzantinis.

—— Res Patriae Constantinopoleos, Graece, cum *Ioh.* MEVRSII versione et Notis.

§. L.

MENANDER, *Protector.*

MENANDRI, Protectoris, Fragmenta, Graece et Latine, *Car.* CANTOCLARO interprete, cum *eiusdem* et *Henr.* VALESII Notis.

v. inter Excerpta de Legationibus, edita cum *Phil.* LABBEI Protreptico de Scriptor. Byzant. *Parif.* 1648, *fol.*

§. LI.

THEOPHYLACTVS SIMOCATTA.

THEOPHYLACTI, *Simocattae*, Historiarum Libri VIII, Graece et Latine, interprete *Iac.* PONTANO. Editio priore castigatior, et Glossario Graeco-barbaro auctior, studio et opera *Car. Annib.* FABROTTI, *Parif. e Typogr. Reg.* 1648, *fol.*

* In Editione Parisiensi Corporis Byzantini.

— Eadem, *Venet. ap. Barth. Iauarinam,* 1729, *fol.*

* In Editione Veneta Corporis Byzantini.

— Eclogae de Legationibus, Graece et Latine, *Iac.* KIMENDONCIO interprete.

v. inter Excerpta de Legationibus, a *Phil.* L'ABBEO ed. *Parif.* 1648, *fol.*

— Epistolae morales XLIX, rusticae XXVIII, et amatoriae totidem, Graece.

v. in Collectione Epistolar. Graecar. *Venet. ap. Aldum,* 1499, 4.

— Breue Fragmentum.

v. in Biblioth. Patrum Lugd. T. V, p. 1214.

§. LII.

IOANNES ANTIOCHENVS.

Excerpta ex IOANNIS, *Antiocheni*, Historia. Chronica, Graece et Latine, cum Notis *Henr.* VALESII.

v. in *Henr.* VALESII Excerptis Peirescianis, *Parif.* 1634, 4.

§. LIII.

THEOPHILVS, Medicus, PROTOSPATHARIVS dictus, et ab aliis PHILOTHEVS et PHILARETVS.

THEOPHILI, *Protospatharii*, de Fabrica corporis humani Libri V, Graece et Latine, *Iunio Paulo* CRASSO interprete.

v. in FABRICII Bibliotheca Gr. Tom. XII, p. 785, seq.

— Iidem Libri V, Lat. ex eadem versione.

v. inter Medicos antiquos Graecos, *Baf.* 1581, 4.

— Commentar. in HIPPOCRATIS Aphorism.

v. supra Artic. HIPPOCRATES.

— De

—— De Vrinis Libellus, Graece et Latine. *Thomas* GVIDOTIVS innumeras mendas sustulit, hiulca suppleuit, luxata restituit, de nouo vertit, et Notas adiecit; Vna cum Prolegomenis, in quibus de potulentorum transitu ad Renes, et recto vroscopiae vsu differitur, castigatur Textus, et chasmata supplentur ad Exemplaris MS. integri fidem ex Bibliotheca Bodleiana, collatis etiam aliis MSS. Codicibus. Accessit *Eiusdem* THEOPHILI de Excrementis Tractatus, *Lugd. Bat. ap. Henr. Teering*, 1703, 8.

—— Liber urinarum, Latine, *Pontio* VIRVNIO interprete.

v. cum IOANNITII Isagoge in medicinam, et aliis Opusculis, *Venetiis, per Petr. Bergomensem de Quarengiis*, 1507, 8.

—— De exacta retrimentorum vesicae cognitione Libellus, Latine, *Albano* TORINO interprete.

v. inter *Henr.* STEPHANI Med. Artis Principes, 1567, *fol.*

—— De Excrementis Libellus, Graece et Latine, nunc primum editus ex Membranis Oxoniensibus.

v. cum *Eiusd.* Libello de Vrinis, a *Tho.* GVIDOTIO edito, *Lugd. Bat.* 1703, 8.

—— Liber de Pulsibus, Latine, *Pontio* VIRVNIO interprete.

v. cum IOANNITII Isagoge, et aliis, sub Titulo *Articellae* editis, *Venet.* 1507, 8.

—— Idem sub PHILARETI nomine, Latine, *Albano* TORINO interprete.

v. inter *Henr.* STEPHANI Medicae artis Principes.

§. LIV.

STEPHANVS, *Athen. s. Alexandrin.* Medicus, THEOPHILI Discipulus.

STEPHANI, *Atheniensis*, Explanationes in GALENI Librum I Therapeuticor.

v. supra Artic. GALENVS.

§. LV.

GEORGIVS SYNCELLVS.

GEORGII, Monachi, et TARASII, Patriarchae Constantinopolitani quondam SYNCELLI, Chronographia ab Adamo vsque ad Diocletianum, et NICEPHORI, Patriarchae CP. Breuiarium chronographicum ab ADAMO ad MICHAELIS et eius F. THEOPHILI tempora; GEORGIVS SYNCELLVS e Bibliotheca Regia nunc primum, adiecta versione Latina, editus; NICEPHORI Breuiarium ad varias Editiones recensitum. His Tabulae Chronologicae et Annotationes additae, cura et studio *Iac.* GOAR, *Paris. ex Typogr. Regia*, 1652, *fol.*

* In Editione Parisiensi Corporis Byzant.

—— Eadem, *Venetiis, ap. Barth. Iauarina*, 1729, *fol.*

* In Editione Veneta Corporis Byzant.

§. LVI.

NICEPHORVS, *Patriarcha Conftantinopolitanus.*

NICEPHORI Chronographia, Graece.
v. in Thefauro Temporum *Iof.* SCALIGERI, *Amft.* 1658, *fol.* p. 301.

—— Eadem, Graece et Latine, cum *Iac.* GOARI Notis.
v. ad calcem GEORGII SYNCELLI, *Parif.* 1652, *fol.* inter Scriptor. Hiftor. Byzant. et inter eosd. *Venet.* 1729, *fol.*

—— Eadem, Latine, ANASTASIO *Bibliothecario* interprete.
v. cum *eiusd.* ANASTASII Hiftoria Ecclefiaftica, inter Scriptor. Hiftor. Byzant. *Parif.* 1649, *fol.* et *Venet.* 1729, *fol.*

—— Eadem, Latine, ex eadem verfione ANASTASII, cum Commentario *Ant.* CONTII.
v. in Bibliotheca Patrum Lugdunenfi, Tomo XIV, p. 72, feq.

—— Breuiarium hiftoricum, de rebus geftis ab obitu Mauricii ad Conftantinum vsque Copronymum, Graece et Latine, Interprete *Dionyfio* PETAVIO, cum *eiusdem* Notis.
Subiectum eft THEOPHYLACTI SIMOCATTAE Hiftoriar. Libris VIII, inter Scriptor. Hiftor. Byzant. *Parif.* 1648, *fol.* et *Venet.* 1729, *fol.*

NB. Reliqua NICEPHORI Scripta, quae huius loci non funt, alibi, fuo loco, exhibebuntur.

§. LVII.

THEOPHANES.

THEOPHANIS Chronographia et LEONIS Grammatici Vitae recentiorum Imperatorum. *Iac.* GOAR Latine reddidit, THEOPHANEM Notis illuftrauit, varias Lectiones multiplici Codicum collatione adiecit. *Franc.* COMBEFIS Notis pofterioribus THEOPHANEM; integris LEONEM Grammaticum ftrictim difcuffit, ex fide Codicum auxit, emendauit, *Parif. ex Typogr. regia*, 1655, *fol.*
* Inter Scriptor. Hiftoriae Byzant.

—— Eadem, ex eadem recenfione.
In Corpore Byzantino, *Venet.* 1729, *fol.*

§. LVIII.

ACHMET, F. SERIM.

ACHMETIS, *F.* SERIM, Oneirocritica, Graece nunc primum in lucem edita ex Bibliotheca Chriftianiff. Regis a *Nic.* RIGALTIO, cum Latina verfione *Ioh.* LEVNCLAVII, a RIGALTIO fuppleta.
Acceflerunt ARTEMIDORI Oneirocriticis, *Lutet.* 1603, 4.

§. LIX,

§. LIX.

PHOTIVS, Patriarcha Constantinopolitanus.

Librorum, quos legit PHOTIVS, Patriarcha, Excerpta et Censurae, quatuor MSS. Codicibus ex Graecia, Germania, Italia, Gallia collatis, *Dav.* HOESCHELIVS primus edidit, Notis, in quibus multa veterum fragmenta, antehac inedita, illustrauit, Graece, *Aug. Vind. ad insigne Pinus*, 1601, *fol.*

PHOTII Myriobiblon, siue Bibliotheca Librorum,* quos legit et censuit PHOTIVS, Patriarcha Constantinopolitanus, Graece edidit *Dav.* HOESCHELIVS, et Notis illustrauit; Latine vero reddidit etScholiis auxit *Andr.* SCHOTTVS, Opus hac editione recognitum locisque aliquot suae integritati restitutum, *Rothomagi, sumt. Ioh. et Dav. Berthelin*, 1653, *fol.*

—— Epistolae aliquot, Graece.
v. ad calcem Bibliothecae PHOTII, *Aug. Vind.* 1601, *fol.*

—— Epistolae CCXLVIII, Graece et Latine, *Rich.* MONTACVTIO interprete, et cum *eiusdem* Notis. Accedunt Epistolae V, ex veteri Codice Orientali, *Lond. ex offic. Rog. Danielis*, 1651, *fol.*

—— Epistolae nonnullae, Latine, ex versione *Petri* MORINI, vel *Fed.* METII.
v. in BARONII Annal. Tomo X.

—— Epistola ad Michaelem, Bulgarorum Regem, vna cum Sex Dissertationibus *eiusdem* de diuinitate et incarnatione, Graece et Latine, *Franc.* TVRRIANO interprete.
v. in CANISII Lection. antiqu. a *Iac.* BASNAGIO editis, Tomo II, Parte II, pag. 373.

—— Eadem Epistola, s. potius pars illius de Septem Synodis, Graece et Latine.
v. in IVSTELLI Biblioth. Canonica, Tom. II, p. 1141, et in Conciliis HARDVINI, Tomo V, p. 1463, et Latine tantum in Bibliotheca Patr. Lugdunens. Tomo XIX, p. 232.

—— Epistola ad THEOPHANEM, Graece, cum versione Latina *Iac.* SIRMONDI.
v. in *Franc.* SCORSI Prolegomenis praemiss. Homiliis THEOPHANIS, *Paris.* 1644, *fol.*

—— Epistola ad STAVRACIVM, Graece et Latine,
v. in COTELERII Monument. Eccles. Graecae, *Paris.* 1681, 4. Tomo. II, p. 104.

—— Electa e PROCLI Chrestomathia Grammatica.
vid. supra, PROCLVS.

NB. Reliqua PHOTII Scripta, quae huius loci non sunt, dum potissimum de rebus Theologicis et ecclesiasticis tractant, suo quaeque, loco, inter Patres Graecos, exhibentur.

§. LX.

MICHAEL PSELLVS.

* Cum Scripta, quae vulgo huic PSELLO tribuuntur, a *Leone* ALLATIO, in Diatriba de PSELLIS et eorum Scriptis, PSELLO iuniori, qui circa A. C. 1050 claruit, adiudicentur, haec Scripta infra, sub PSELLO isto iuniore, referre, visum est.

§. LXI.

LEO, Imperator.

* Scripta LEONIS theologica, quorum recenſionem vide in FABRICII Biblioth. Gr. Tomo VI, p. 367. conſilio hic omiſſa ſunt, eaque tantum, quae huius loci eſſe videbantur, relata.

LEONIS Tactica, ſiue de Re militari Liber. *Ioh.* MEVRSIVS Graece primus vulgauit et Notas adiecit. Cum Verſione Latina *Ioh.* CHECI, *Lugd. Bat. ap. Ioh. Balduinum*, 1612, 4.

—— Naumachica, ſiue potius Supplementa capitis XIX Tacticorum, Meurſianae editionis, ex Codice Gudiano.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. VI, p. 372, ſeq.

—— Carmen iambicum de miſero Graeciae ſtatu, Graece, cum verſione Latina *Franc.* LVCIDI.

v. in *Leon.* ALLATII Libro II de Eccleſiae Occidental. et Oriental. Conſenſ. p. 854.

—— Verſus Καρκῖνοι, ſiue retrogradi, XXVII, Graece.

v. poſt. *Leon.* ALLATII Excerpta Graecor. Sophiſtar. et Rhetor. *Romae*, 1641, 8.

—— Diſpoſitio, quem ordinem habeant Throni Eccleſiarum, Patriarchae Conſtantinopolitano ſubiectarum, Graece, cum Latina verſione *Ioh.* LEVNCLAVII.

v. in LEVNCLAVII Iure Graeco-Rom. a *Marqu.* FREHERO ed. *Frf.* 1596, *fol.* p. 88-102.

—— Nouellae Conſtitutiones CXIII, Graece, et Latine, *Henr.* AGYLAEO interprete cum Notis.

Acceſſit *Sim. van* LEEVWEN Editioni Corporis Iuris, *Amſt.* 1663, *fol.* et *Antv.* 1726, *fol.*

—— Eaedem, Latine, ex eadem interpretatione, cum Notis.

Acceſſit Corpori Iur. GODOFREDI, *Frf.* 1688, 4. *Lipſ.* 1705, 4. et Freislebianae Editioni, *Lipſ.* 1721, *fol. min.* et pluribus aliis Editionibus.

—— Oracula, Graece nunc primum edita, cum verſione Latina *Geo.* DOVSAE.

v. in RVTGERSII Var. Lect. Lib. V, Cap. VIII, p. 467.

—— Oracula, Graece et Latine, cum figuris, antiqua Graeca Paraphraſi, et Notis *Petri* LAMBECII.

Acceſſ. *Geo.* CODINI Excerptis de Antiquit. Conſtantinopolit. *Pariſ.* 1655, *fol.*

§. LXII.

IOHANNES CAMENIATA.

IOANNIS CAMENIATAE Narratio de excidio vrbis Theſſalonicae, Graece, cum *Leon.* ALLATII verſione Latina.

v. in *Leon.* ALLATII συμμίκτοις, *Col. Agr.* 1653, 8. p. 178, ſeq.

—— Eadem, Graece, cum noua Verſione Latina *Franc.* COMBEFISII.

v. inter Scriptores Hiſtoriae Byzant. poſt THEOPHANEM, *Pariſ.* 1685, *fol.* et *Venet.* 1729, *fol.*

§. LXIII.

CONSTANTINVS PORPHYROGENITVS, *Imperator.*

CONSTANTINI PORPHYROGENITI Baſilius Macedo, ſ. Hiſtoria de Vita et rebus geſtis Baſilii Imperatoris, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

Ee 3 *v.* in

v. in *Leon.* ALLATII Σύμμικτοις, *Col. Agr.* 1653, 8. Libro II, p. 1, seq.

—— Eadem Hiſtoria, Graece, cum noua verſione Latina *Franc.* COMBEFISII.

v. inter Scriptores poſt THEOPHANEM, inter Scriptor. Hiſtor. Byzant. *Pariſ.* 1685, *fol.* et *Venet.* 1729, *fol.*

—— De adminiſtrando Imper. Liber, Graece et Latine, cum Notis *Anſ.* BANDVRII.

v. in BANDVRII Tomo I. Imperii Orientalis, *Pariſ.* 1711, *fol.* et *Venetiis*, 1729, *fol.*

—— De Thematibus, ſiue de agminibus militaribus, per imperium Orientale diſtributis, Liber, Graece et Latine. Ex Bibliotheca et verſione *Bonav.* VVLCANII, cum Notis *Eiusdem*, *Lugd. Bat.* ex offic. *Plantiniana*, 1588, 8.

—— de Thematibus Imperii Orientalis et Occidentalis libri II, Graece, cum verſione et Notis *Anſelmi* BANDVRII.

v. in BANDVRII T. I Imperii Orientalis, *Pariſ.* 1711, *fol.* et *Venet.* 1729, *fol.*

—— Nouellae Conſtitutiones XIII, Graece, cum verſione Latina et caſtigationibus *Ioh.* LEVNCLAVII.

v. in *Ioh.* LEVNCLAVII Iure Graeco-Rom. *Frf.* 1596, *fol.* T. I, Lib. II, p. 103, ſeq. et T. II, p. 139, ſeq.

—— Eaedem Nouellae Conſtitutiones, additis aliis IV.

v. in Meurſiana CONSTANTINI Opuſculorum editione, *Lugd.* 1617, 8.

* Collectaneorum, et Excerptorum iuſſu et auſpiciis CONSTANTINI confectorum, Fragmenta adducta ſunt ſupra inter Excerpta et Fragmenta Hiſtoricorum Graecorum.

§. LXIV.

BASILIVS PATRICIVS.

—— Epistola ad Augustum, Ducem Brunsuicens. de Bibliothecae *Vindobonensis* Codicibus Manuscriptis, qui adornandae nouae omnium *Flauii* IOSEPHI operum editioni Graeco-Latinae possunt inseruire, *Vindob. typis Matth. Cosmerouii*, 1666, 4.

Dan. de NESSEL Catalogus, siue Recensio specialis omnium Codicum Manuscriptorum Graecorum, nec non linguarum Orientalium, Augustissimae Bibliothecae Caesareae *Vindobonensis*, Partes VI, *Vindob. et Norimb. typis Leop. Voigt et Ioach. Balth. Endteri*, 1690, *fol. cum fig. aen. Voll. II.*

Iac. Frid. REIMMANNI Bibliotheca acroamatica, comprehendens recensionem specialem omnium Codicum MSCtorum Augustiss. Bibliothecae Caesareae *Vindobonensis*, olim a *Petro* LAMBECIO et *Dan.* NESSELIO congesta, nunc autem in hanc concinnam epitomen redacta. Accessit Dissertatio praeliminaris, in qua de spissis LAMBECII et NESSELII Voluminibus accurate differitur, etc. *Hanouerae*, *sumt. Nic. Foersteri*, 1712, 8.

Barth. Chr. RICHARDI Historia Bibliothecae Caesareae *Vindobonensis*, ad nostra tempora deducta, *Ienae*, *ap. Ioh. Fel. Bielkium*, 1712, 8.

Dilucida Repraesentatio magnificae et sumtuosae Bibliothecae Caesareae, iussu Caroli VI Rom. Imp. etc. curante Excellentiss. *Gundacaro* S. R. I. Comite ab Althan, a *Ioseph. Eman.* L. B. de FISCHER extructae, omnes aedificii partes accurate dimensas singulari studio delineauit atque aeri mandauit *Sal.* KLEINER. Picturas autem, quae oculis vndique occurrunt, lineis designauit atque in aes incidit *Ier. Iac.* SEDDMAYR, praemissa Tabularum explicatione Latina et Germanica, Pars I, *Viennae Austriae*, *typis Ioh. Petri a Ghelen*, 1737, *fol.*

Bibliotheca *Windhagiana*, ab illustr. S. R. I. Comite *Ioh. Ioach. ab et in*

WIND-

WINDHAG Ao. 1678, pro vſu publico et quotidiana frequentatione fundata, nunc vero ſub adminiſtratione *Ferd. Dominici* Nobilis Dominia GAARIENT et RAALL, Sac. Caeſar. Maj. Conſiliarii etc. ac fundationum *Windhagianarum* Adminiſtratoris, ad maiorem publici notitiam edita, *Viennae Auſtriae*, *typis Ioh. Bapt. Schilgen*, 1733, 4.

* Hic Catalogus in tabernis Librariis numquam apparuit. Notatu digna quoque eſt praemiſſa Innocentii XI Pontif. Bulla, qua ſub dira excommunicationis poena prohibetur, ne quis librum, imo ſchedam, ex Bibliotheca ad vſum exportet, et commodo ad aliquod tempus det, vel accipiat.

WRATISLAVIENSES.

Breuis Bibliothecarum publicarum, quae *Vratislauiae* habentur, Enarratio.

v. in Nouis Litterar. Germaniae, An. 1703, p. 164-167.

Ioh. Chr. KVNDMANNI *Nachricht von den oeffentlichen und guten Privat-Bibliothequen der Stadt* Breſſlau.

v. ſupra Artic. SILESIAE.

Lettre de Mr. le Conſeiller privé IORDAN *à l'Auteur de la Vie de Germanicus, ſur les Bibliotheques de* Breſſlau.

v. *dans le Iournal litteraire d'Allemagne*, *Tom. II, p.* 331-358.

Cph. COLERI Oratio auſpicalis, cum, habita ſolenni Panegyri, Bibliotheca Mario-Magdalenaea, libris auctior et cultu ornatior, d. 24 Nov. Ao. 1644 vſibus publicis dedicaretur, nunc recuſa, *Vratisl. ap. Ioh. Geo. Steck*, 1699, 4.

Ioh. GEBHARDI Encaenia Bibliothecae *Rhedigerianae*, ſ. auſpicalis Oratio de Bibliotheca Eliſabethana, *Vratisl. typis Baumannianis*, 1661, 4.

Gottl. KRANZII Memorabilia Bibliothecae publicae Eliſabethanae *Vratislauienſis*, a fundatore *Rhedigerianae* dictae, *Vratisl. ap. Ioh. Geo. Steck*, 1699, 4.

WISMARIENSIS.

Henn. Ioach. GERDES Catalogus Bibliothecae Summi Regii Tribunalis *Wiſmarienſis*, Wiſm. *typis Matth. Martini*, 1703, *fol.*

WITTEBERGENSIS.

Andr. SENNERTI Bibliothecae Academiae *Wittebergenſis* publicae libri extantiores, claſſicique fere, vſui Academico, eidemque priuato, publicoque, exhibiti, *Witteb. typis Ioh. Wilckii*, 1678, 4.

WOLFFENBVTTELENSIS.

v. ſupra, GVELPHERBYTANA.

SECTIO II.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS HISPANIAE.

Claudii CLEMENTIS Regiae Bibliothecae S. Laurentii *Eſcurialis* Deſcriptio.

Acceſſit *Eiusdem* Libris IV de Muſei, ſ. Bibliothecae, exſtructione, *Lugd.* 1635, 4. pag. 515-536.

Balth. CORDERII de Bibliotheca Regia S. Laurentii *Scorialenſi* in Hiſpania Epiſtolae duae.

Biblioth. Bunav.

Praefixae ſunt CYRILLI, *Alexandrini*, Homiliis in IEREMIAM, *Antv. ap. Plantin.* 1648, 8. et inſertae MADERI Collectioni Scriptorum de Bibliothecis, pag. 114-123.

Alex. BARVOETII Catalogus praecipuorum Auctorum ineditorum MSS. qui in Bibliotheca *Scorialenſi* aſſeruantur.

v. poſt

v. post *Balth.* CORDERII Prolegomena ad CYRILLI *Alexandrini* Homilias in IEREMIAM, *Antv.* 1648, 8. et in MADERI Collectione Scriptorum de Bibliothecis, p. 124.

Mart. de la VERA Catalogus Manuscriptus Regiae Bibliothecae D. Laurentii, 1625, *fol.*

SECTIO III.

DE BIBLIOTHECIS GALLIAE.

AVRELIENSIS.

Catalogus Librorum, qui *Aureliae* in Bibliotheca Germanicae Nationis extant, confectus An. 1664 [ab *Emmichio* NEERGORDIO, Cimbro, Bibliothecae Praefecto,] *Aureliae*, *ap. Ant. Rousselet*, 1664, 4.

Gisb. EDINGH. Catalogus Librorum, qui *Aureliae* in Bibliotheca inclytae Nationis Germanicae extant, secundum seriem litterarum alphabeti digestus, *Aureliae*, *ap. Nic. Verjon*, 1678, 8.

PARISIENSES.

Dan. MAICHELII Introductio ad Historiam litterariam de praecipuis Bibliothecis *Parisiensibus*, locupletata Annotationibus atque methodo, qua rectus Bibliothecarum vsus et vera Studiorum ratio ostenditur etc. Iuxta exemplar excusum *Cantabr. sumt. Ioh. Frid. Gleditschii*, *Bibliop. Lips.* 1721, 8.

Memoire Historique sur la Bibliotheque du Roy.
v. *à la tête du Catalogue des Livres imprimez de la Bibliotheque du Roy*, à Paris, 1739, *fol. p.* 1 - 82.

Claude SALLIER *Notice de quelques Livres de la Bibliotheque du Roi, chargez de Notes manuscrites.*
v. *dans l'Histoire de l'Acad. des Inscript. Tom. IV, p.* 427. *Tom. V, p.* 90. *Edit.* d'Amsterd.

Jean BOIVIN *de* VILLENEVVE *Remarques historiques et critiques sur l'Anthologie MSC. qui est à la Bibliotheque du Roy.*
v. *dans les Memoir. de l'Acad. des Inscript. Tom. III, p.* 347, d'Amsterd.

Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae, Tomi IV, *Paris. e Typogr. Regia*, 1739 - 1744, *fol. Voll. IV.*

Catalogue des Livres imprimez de la Bibliotheque du Roy, à Paris, *de l'imprimerie Royale*, 1739 - 1742, *fol. Voll. III.*

Ioh. GARNERII Systema Bibliothecae Collegii Paris. Societat. Iesu, [vbi eius historia, prospectus, diuisio, et ratio.]
Iam adductum est supra, huius Libri Cap. I, Sect. III.

Bibliotheca insignis et regalis Ecclesiae Sanctiss. Martialis Lemouicensis, seu Catalogus Librorum Manuscriptorum, qui in eadem Bibliotheca asseruantur, *Paris. ap. Fratr. Barbou*, 1730, 8. *maj.*

ROTHOMAGENSIS.

Notice des Manuscrits de la Bibliotheque de l'Eglise Metropolitaine de Rouen, [*par* Mr. SAAS,] *à Rouen*, 1746, 12.

TRECENSIS.

Series Librorum, quorum donatione *Iac.* HENNEQVIN, Theologiae Parisiensis Doctor et Professor Sorbonicus, Bibliothecam F. F. Minorum *Trecensium* auxit 1656, *Trecis, ap. Franc. Iacquard*, 1656, 4.

SECTIO

SECTIO IV.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS ITALIAE ET SICILIAE.

Ioh. Guil. BERGERI Programma de Museis Italicis.
v. in *Eiusd.* Stromateo Academico, *Lipf.* 1745, 4. p. 28 - 41.
(*) *Bernardi de* MONTFAVCON Diarium Italicum, quod de Bibliothecis et Museis, Italiae in primis, etiam eft conferendum, vide inter Itineraria erudita.

FLORENTINA.

Sigifm. Reguli a S. SYLVERIO Bibliotheca Medicea refcripta et celebrata, ad Cofmum III, Magnum Etruriae Ducem, *Lugd. ex Typog. Matth. Liberalis*, 1673, 12.

Pier Franc. MINOZZI *Biblioteca Medicea, ingrandita ed illuftrata dal Gran Duca di Tofcano Cofimo III etc.* in Lione, *pr. Matth. Liberal*, 1673, 12.

La Libreria Mediceo - Laurenziana, Architettura di Michel Agnolo BVONAROTTI, difegnata e illuftrata da *Giufeppe Ignazio* ROSSI, Architetto Fiorentino, *Firenze, nella Stamperia Granducale,* 1739, *charta Reg.*

Henr. ERNSTII Catalogus Librorum MSS. Bibliothecae Mediceae, quae affervatur *Florentiae* in coenobio D. Laurentii, *Amft. ap. Ioh. Ianffonium*, 1641, 8.

Wilh. LANGII Catalogus Codicum MSS. Bibliothecae Mediceae.
Acceffit *Petri* LAMBECII Prodromo Hiftoriae Litterar. a *Ioh. Alb.* FABRICIO edito, *Lipf. et Frf.* 1710, *fol. p.* 135 - 168.

Lucae HOLSTENII Catalogus Codicum MSS.rariffimorum Bibliothecae Mediceae.
v. in *Mich.* LILIENTHAL Selectis hiftoric. et litterariis, *Regiom. et Lipf.* 1715, 8. p. 85 - 113.

Ant. MAGLIABECHII Catalogi Librorum Arabicorum, Perficorum, Turcicorum et Hebraicorum, aftronomicorum, medicorum, hiftoricorum et philofophicorum, in Bibliotheca Palatina Magni Ducis Etruriae, nunc primum ex autographo editi.
v. in SCHELHORNII Amoenitat. Litterar. Tom. III, p. 172 - 222.

Steph. Euodii ASSEMANNI Bibliothecae Mediceae Laurentianae et Palatinae Codicum Manufcriptorum Orientalium Catalogus, cum Notis, curante *Ant. Franc.* GORIO, *Florentiae, ex Typogr. Albizziano*, 1742, *fol.*

MEDIOLANENSIS, f. AMBROSIANA.

Erycii PVTEANI Oratio de vfu fructuque librorum Bibliothecae Ambrofianae, ad Card. BORROMAEVM.
v. inter PVTEANI Oratt. fub Titulo Suadae Atticae, *Lugd. Bat.* 1623, 8. Num. V, p. 85.

Iac. Phil. OPICELLI Monumenta Bibliothecae Ambrofianae, *Mediolani*, 1618, 8.

Petri Pauli BOSCHAE de Origine et ftatu Bibliothecae Ambrofianae Libri V, in quibus de Bibliothecae conditore, conferuatoribus et Collegii Ambrofiani Doctoribus, vt et de illuftribus Pictoribus, aliisque Artificibus, et denique de reditibus *eiusdem* Bibliothecae amplis, agitur,
v. in Thefauro Antiquit. et Hiftor. Italiae, Tom. IX, Part. VI.

MESSANENSIS IN SICILIA.

Catalogus Codicum Graecorum, qui manufcripti reperiuntur in Archimandritatu S. Saluatoris *Meffanae.*
v. in Thefauro Antiquit. et Hiftor. Siciliae, Tomo IX, poft *Placidi* REYNAE Notit. hiftor. Vrbis *Meffanae.*

PATAVINAE.

Iac. Phil. TOMASINI Bibliothecae *Patavinae* Manuscriptae publicae et priuatae, quibus diuersi Scriptores, hactenus incogniti, recensentur ac illustrantur, *Vtini, typis Nic. Schiratti*, 1639, 4.

Bibliotheca Medico - Philosophico - Philologica inclytae Nationis Germanae Artistarum, quae *Pataui* degit, [s. huius Bibliothecae librorum Catalogus, confectus a *Franc.* STOCKHAMERO et *Andr.* BRIDLERO, Bibliothecariis,] *Pataui, typis Pasquati*, 1677, 4.

PISTORIENSIS.

Franc. Ant. ZACCARIA de MSS. Codicibus, qui in Bibliotheca *Pistoriensis*, vt aiunt, Sapientiae adseruantur, Epistola.
v. *nella Raccolta d' Opuscoli Scientifici e filologici*, Tom. XXX, p. 435 - 486.

ROMANAE.

a) VATICANA.

Onuphrii PANVINII de Bibliotheca Vaticana.
v. in *Franc.* SCHOTTI Itinerario, *Vicent.* 1601, 4. p. 148, et in MADERI Collect. Scriptor. de Biblioth. p. 93.

Mutio PANSA *della Libraria Vaticana Ragionamenti, diuisi in quattro parti, ne quali non solamente si discorre dell' origine e rinovatione di essa; ma anco delle Pitture, che vi sono nuovamente fatte; di tutti l' Opere del Papa Sisto V; dell' Histoire de' Concilii generali fino al Tridentino; delle Librarie famose e celebri del mondo; di tutti Huomini illustri per l' inventione delle lettere etc.* in Roma, *appresso Giov. Martinelli*, 1590, 4.

Angeli ROCCHAE Bibliotheca Apostolica Vaticana a Sixto V, Pont. Max. in splendidiorem commodioremque locum translata, Commentario variarum artium ac scientiarum illustrata, *Romae, ex typogr. Apostolica Vaticana*, 1591, 4.

Ant. CICARELLAE Descriptio Bibliothecae Vaticanae.
v. in Vita Sixti V, Historiae PLATINAE subnexa, *Colon.* 1626, p. 468, et in MADERI Collect. Scriptor. de Biblioth. p. 105.

Ioh. CIAMPINI Catalogus S. R. E. Bibliothecariorum.
Adiectus est *Eiusd.* Examini Libri pontificalis, *Romae*, 1688, 4. p. 1 - 99.

Frid. SYLBVRGII Catalogus Librorum manuscriptorum in Bibliotheca Electorali Palatina, [postea Romam in Vaticanam translata.]
v. in *Ludov. Chr.* MIEGII Monumentis pietat. et litterar. viror. illustr. *Frf.* 1702, 4. *Part. I, p. 1, seqq.*

Leon. ALLATII Instructio de Bibliotheca Palatina Romam transportanda, quam ex Manuscripto Italico Bibliothecae *Mayerianae* eruit et Latine vertit *Mich. Frid.* QVADE, *Gryphisw.* 1708, 4.

Ios. Simonii ASSEMANNI Bibliotheca Orientalis Clementino - Vaticana.
* Titulum integrum vide supra, Lib. II, Cap. XII, Sect. I.

b) LANCISIANA.

La Bibliotheca Lancisiana, *overo distinto Ragguaglio della publica Libreria eretta l' Anno* 1714, *nel sacro Pontificio Archiospedale di S. Spirito di Roma, da Gio.* Maria LANCISI, *descritto dall' Abate* Christoforo CARSVGHI, *con una orazion*, de recto vsu Bibliothecae, *in Roma, per il de Martiis*, 1718, 4.

c) COENOBII S. AVGVSTINI.

Bibliotheca Angelica, Litteratorum Litterarumque Amatorum commoditati dicata, Romae in aedibus Augustinianis, *Romae, ap. Steph. Paulinum*, 1608, 8.
* Continet titulos et classes, in quas diuisa fuit Bibliotheca *Angeli* ROCCHAE, quam *Coenobio* S. *Augustini* vrbis Romae donauit, quod ideo monendum, ne quis Catalogum ipsorum librorum in hoc opusculo quaerat.

TAV-

TAVRINENSIS, s. SABAVDICA.

Scipione MAFFEI *Lettera al Sig. Apostolo* ZENO, *intorno ad alcuni Codici della Libreria Ducale di* Torino.
v. *nel Giornale de' Letterati d' Italia, Tom. VI, p. 449-484. e nelle Rime e Prose di* MAFFEI, Venez. 1719, 4. p. 199.

— *La même Lettre, traduite de l'Italien.*
v. *dans la Bibliotheque ancienne et moderne de* I. le CLERC, *Tom. XXVII, p. 326, et suiv.*

— *The same Letter, translated into* English.
v. *in the Memoirs of Litterature, Vol. II,* Novemb. 1712, p. 33,

VENETAE.

Iac. Phil. TOMASINI Bibliothecae Venetae manuscriptae publicae et priuatae, quibus diuersi Scriptores, hactenus incogniti, recensentur, *Vtini, typis Nic. Schiratti*, 1650, 4.

Graeca D. Marci Bibliotheca Codicum manuscriptorum, per titulos digesta, Praeside et Moderatore *Laur.* THEVPOLO, Equite et D. Marci Proc. Iussu Senatus, [Auctoribus *Ant. M.* ZANETTO et *Ant.* BONGIOVANNI,] *Venetiis, ap. Simon. Occhi*, 1740, *fol.*

Latina et Italica D. Marci Bibliotheca Codicum Manuscriptorum, per titulos digesta, Praeside et Moderatore *Laur.* THEV-POLO. Iussu Senatus, [Auctore *Ant. M.* ZANETTO,] *Venetiis, ap. Sim. Occhi*, 1741, *fol.*

Bibliotheca almi Conuentus SS. Ioannis et Pauli, Venetiarum Ordinis Praedicatorum, nuper aperta a *Iac. Maria* IANVITIO, infimo *eiusdem* Ordinis et Conuentus alumno, nullius Scientiae Professore, minimeque in Poesi versato, *Venetiis, typis Ios. Prodocimi*, 1683, 4.

* Hoc Scriptum neque historicam descriptionem, neque Catalogum certo ordine confectum huius Bibliothecae, continet, sed emblemata et disticha in Auctores, quorum libri in ista Bibliotheca exstitere.

SECTIO V.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS HELVETIAE.

BERNENSIS.

Ioh. Rod. RODOLPHI Bibliothecae Ciuicae *Bernensis*, e suis primordiis, incrementis etc. praecipue vero nupera, Illustriss. Procerum mandato, suscepta instauratione, breuis et historica descriptio. Adiecta est Dissertationi Propaedeuticae, cui Titulus: S. Theologiae Doctor et Discipulus, *Bern.* 1699, 4.

Illustris Gymnasii *Bernensis*, eiusque Bibliothecae, moderna facies.
v. in Bibliotheca Bremensi, Class. VI, Fascic. IV, p. 716-735.

SAN-GALLENSIS.

Ioh. KESLERI Bibliotheca *San-Gallensis*, VADIANVM Consulem, per prosopopoeiam alloquens, seque et rem litterariam Senatui quam optime commendans.
v. in *Melch.* GOLDASTI Scriptor. Rer. Alamannicarum, *Frf.* 1661, *fol.* Tom. III, p. 155-164.

TIGVRINA.

Henr. HVLDERICI Bibliotheca noua *Tigurinorum*, publico-priuata, *Tiguri*, 1629, 4.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Tigurinae*, Tomus I, II, *Tiguri, ex offic. Heidegge-riana*, 1744, 8. Voll. II.

Ioh. Iac. BREITINGERI de singularibus fatis Codicis MS. αὐτογράφῳ *Ioh.* VITODVRANI, quem Bibliotheca *Turicensis* possidet.
v. in Museo Heluet. Partic. XIII, p. 615-625.

SECTIO VI.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS BRITANNIAE.

GENERATIM.

Catalogi Librorum manuſcriptorum Angliae et Hiberniae, in vnum collecti, cum Indice alphabetico, [Editore *Eduardo* BERNARDO,] *Oxoniae, e Theatro Sheldoniano, 1697, fol.*

CANTABRIGIENSES.

Thomae IAMESII Ecloga Oxonio-Cantabrigienſis, tributa in Libros duos, quorum prior continet Catalogum confuſum librorum manuſcriptorum, in Bibliothecis duarum Academiarum, *Oxoniae* et *Cantabrigiae*; poſterior Catalogum eorum diſtinctum et diſpoſitum ſecundum quatuor facultates, obſeruato tam in nominibus, quam in operibus ipſis, alphabetico litterarum ordine, etc. *Londini, impenſ. Geo. Bishop et Ioh. Norton, 1600, 4.*

Catalogus Librorum manuſcriptorum in Bibliotheca Collegii corporis CHRISTI in *Cantabrigia*, quos legauit *Matth.* PARKERVS, Archiepiſcopus Cantuarienſis, *Londini, ap. Gul. et Ioh. Innys, 1722, fol.*

LONDINENSES.

Dav. CASLEY'S *Catalogue of the Manuſcripts of the King's Library; an Appendix to the Catalogue of the Cottonian Library; together with an Account of Books burnt or damaged by a late Fire: one hundred and fifty Specimens of the Manner of Writing in different ages, from the third to the fifteenth Century, in Copper-Plates: and ſome Obſervations upon MSS. in a Preface,* London, *print. by Rob. Gosling and Iohn Brindley, 1734, 4.*

William READING'S *Hiſtory of the ancient and preſent ſtate of Sion-College, and of the London-Clergy's Library there.*

Acceſſit Bibliothecae Sionenſ. mox laudandi Catalogi Parti II in fine.

Catalogus vniuerſalis Librorum omnium in Bibliotheca Collegii Sionii apud *Londinenſes*, vna cum Elencho interpretum SS. Scripturae, Caſuiſtarum, Theologorum Scholaſticorum, etc. per I. S. [i. e. *Iac.* SPENCERVM,] *Lond. ex offic. Rob. Leyburni, 1650, 4.*

Guil. READING Bibliothecae Cleri *Londinenſis* in Collegio Sionenſi Catalogus, duplici forma concinnatus. Pars prior exhibet libros, iuxta ordinem Scriniorum diſtributos, et ad proprias claſſes redactos; Pars altera omnium Auctorum nomina, et rerum praecipuarum capita, ordine alphabetico complectitur. Accedit Hiſtoria Collegii et Bibliothecae Sionenſis, Anglice ſcripta, *Londini, typis I. Watts, 1724, fol.*

Catalogus Librorum in Bibliotheca Scholae Paulinae *Londini.*

v. Sam. KNIGHT'S *Life of* Iohn COLET, *Lond. 1724, 8.* in adiectis Miſcellaneis, Num. XXI, pag. 475-494.

Bibliotheca illuſtris medii templi Societatis, in ordinem iuxta rerum naturam redacta et digeſta auſpicio et ſumtu *Barth.* SHOWER, Militis, huius aedis Quaeſtoris, *Lond. 1700, 8. maj.*

Catalogus Librorum manuſcriptorum Bibliothecae *Cottonianae*, cui praemittitur *Rob.* COTTONI, Equitis Aurati et Baronetti, Vita, et Bibliothecae *Cottonianae* Hiſtoria et Synopſis, Scriptore *Thoma* SMITHO,

THO, Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1696, fol.

An Appendix to the Catalogue of the Cottonian Library.

v. Dav. CASLEY'S Catalogue of the Manuscripts of the King's Library, London, 1734, 4. pag. 313-345.

OXONIENSES.

Tho. IAMESII Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis.

v. paullo supra, sub Artic. CANTABRIGIENSES.

Historia Bibliothecae Bodleianae Oxoniensis; Praemissa est Catalogis Libror. MStor. Angliae et Hibern. ab Edv. BERNARDO collectis et editis, Oxon. 1697. fol.

Tho. IAMESII Catalogus vniuerfalis Librorum in Bibliotheca Bodleiana. Acceffit Appendix Librorum, recens allatorum, Oxoniae, exc. Ioh. Lichfield, 1635, 4.

Tho. HYDE Catalogus impreſſorum Librorum Bibliothecae Bodleianae in Academia Oxonienfi, Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1674, fol.

Catalogus impreſſorum Librorum Bibliothecae Bodleianae in Academia Oxonienfi, confectus, vti praefatio docet, a Iof. BOWLESIO, Rob. FYSHER, et Eman. LANGFORDO, Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1738, fol. Voll. II.

SECTIO VII.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS BELGII.

AMSTELODAMENSIS.

Catalogus Bibliothecae publicae Amſtelodamenſis, Amſt. ap. Caſp. Commelinum, 1668, 4.

FRANEKERANA.

Catalogus Librorum Bibliothecae publicae, quae eſt in illuſtrium Friſiae Ordinum Academia Franekerana; Statuta et Leges eiusdem Bibliothecae, Franekerae, exc. Idzardus Alberti, 1656, fol.

—— Idem, Franequerae, exc. Franc. Halma, 1713, fol.

HARLEMIANA.

Catalogus Librorum Bibliothecae Harlemianae, Harlemi, typis Wilh. van Keſſel, 1716, 4.

LOVANIENSIS.

Valerii ANDREAE Deſſelii Bibliothecae Louanienſis primordia, Louanii, 1638, 4.

Erycii PVTEANI Auſpicia Bibliothecae publicae Louanienſis. Accedit Catalogus librorum primae collectionis, Louanii, ap. Ev. di Witte, 1639, 4.

LVGDVNO-BATAVA.

Petri BERTII Nomenclatio Bibliothecae Academiae Lugduno-Batauae, cum epiſtola de ordine eius atque vſu, typis Raphelengii, 1595, 4.

Frid. SPANHEMII Bibliothecae Lugduno-Batauae noua auſpicia, Sermo academicus, dictus d. 29 Octob. 1674.

Praemittitur Catalogo Bibliothecae publ. Lugduno-Batauae, Lugd. Bat. 1674, 4. et exſt. in SPANHEMII Opp. Tom. II, pag. 1426.

Catalogus Bibliothecae publicae Lugduno-Batauae, Lugd. Bat. ex offic. Elſeuiriana, 1640, 4.

Catalogus Bibliothecae publicae Lugduno-Batauae nouiter recognitus. Acceſſit incomparabilis Theſaurus Librorum orientalium, praecipue MSS. Lugd. Bat. ap. vid. et hered. Ioh. Elſeuirii, 1674, 4.

Cata-

Catalogus Librorum, tam impressorum, quam manuscriptorum, Bibliothecae publicae Vniuersitatis *Lugduno-Batauae*, Lugd. Bat. *sumt. Petri van der Aa*, 1716, *fol.*

(*) Adiecta est huic Catalogi exemplo Continuatio eiusdem manu scripta, eorum scilicet librorum, qui accesserunt Bibliothecae ab Ao. 1716, vsque 1736.

VLTRAIECTINA.

Corn. DVVERDEN Oratio de restauratione ac renouatione Bibliothecae *Vltraiectinae*, Vltraj. *ap. Ioh. a Waesberge*, 1644, 4.

Bibliothecae *Traiectinae* Catalogus, *Traj. ad Rhen. typis Sal. Rhodii*, 1608, 4.

Catalogus Bibliothecae *Vltraiectinae*, Traj. Bat. *ex offic. Meinardi a Dreunen*, 1670, *fol.*

Catalogus Bibliothecae *Traiectino-Batauae*, Traj. ad Rhen. *ap. Guil. van de Water*, 1718, *fol.*

SECTIO VIII.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS POLONIAE.

Ern. Mart. CHLADENII Gentis *Zaluſciae* Oracula, rei litterariae auspicatissima, recensita, et Oratio, Varsauiae in certamine litterario recitata, *Vitemb. prelo Schlomachiano*, 1747, 4.

— Bibliothecae *Zaluſciae* Dedicatio, *ibid.* 1747, 4.

Ioh. Dan. IANOZKI *Nachricht von denen in der* Zaluskischen *Bibliothec sich befindenden raren Polnischen Büchern*, I Theil, *Dreßden, bey Geo. Conrad Walther*, 1747, II Theil, *Breßlau, bey Ioh. Iac. Korn*, 1749, 8. *maj.*

SECTIO IX.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS PRVSSIAE.

ELBINGENSIS.

Geo. Dan. SEYLER de Bibliothecae *Elbingensis* publicae origine, fatis, atque incrementis, Dissertatio, *Elbingae*, 1736, 4.

GEDANENSIS.

Sam. SCHELGVIGII Dissertatio de incrementis Bibliothecae *Gedanensis*, Gedani, 1677, 4.

REGIOMONTANAE.

Mich. LILIENTHALS *Beschreibung der* Koenigsbergischen *Schloß-Bibliothec.*

S. *im Erleuterten Preussen*, *Tom. I, Part. X, pag. 725-766.*

Theoph. Sigefr. BAYERI Programma, quo Bibliothecam Senatus Palaeopolitani incrementis litterarum consecratam d. XI Cal. Maii ad vsus bonorum omnium apertum publice iri, edicit et denunciat, *Regiomonte, litteris Reusnerianis*, 1718, 4.

Gottfr. Bernh. CASSEBVRG *Nachricht von der* Koenigsbergischen *Stadt-Bibliothec.*

v. in Actis Borussicis, Volum. III, pag. 676-695.

Mich. LILIENTHALS *Nachricht von der neuen Einrichtung der* Koenigsbergischen *Stadt-Bibliothec.*

v. *im Erleuterten Preussen, Tom. V. Part. IX, p. 615-627.*

— *Nachricht von einigen Bibel-Vberſetzungen, welche vor* LVTHERI *Verſion heraus-*

herausgekommen, und auf der Koenigsberschen Stadt - Bibliothec befindlich sind.
S. im Preussischen Zehnden, Vol. II, Part. II, pag. 36.

Ioh. Cph. VOLBRECHTS Beschreibung der Wallenrodischen Bibliothec zu Koenigsberg.
S. im Erleuterten Preussen, Tom. III, Part. XXXIII, p. 617 - 655.

—— Nachricht von denen auf der Koenigl. und Wallenrodischen Bibliothec befindlichen Codicibus MStis Simonis GRVNAVEN.
S. im Erleuterten Preussen, Tom. II, pag. 375, seqq.

THORVNENSIS.

Petri IAENICHII Notitia Bibliothecae *Thorunensis*, qua de eius origine et incrementis, Codicibus MStis, aliisque notatu dignis, nonnulla breuiter et succincte exponuntur, *Ienae, sumtu Ioh. Phil. Haasii*, 1723, 4.

SECTIO X.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS DANIAE.

Henr. FVIREN Bibliotheca medica, quam patriae Academiae [i. e. *Hafniensi*,] legavit, *Hafn. typis vid. Petri Hakii*, 1659, 4.

Petri SCAVENII Designatio Librorum in qualibet facultate, materia et lingua rariorum, etc. in amorem patriae et supplementum instructissimae Bibliothecae Regiae, conquisitorum, *Hafn. typis Chr. Weringii*, 1665, 4.

Ioh. MVLENII Bibliotheca, libris rarissimis in qualibet facultate et materia instructa, publicae Academiae Bibliothecae donata, *Hafn. typis Matth. Godicchenii*, 1670, 4.

Petri Ioh. RESENII Bibliotheca, Regiae Academiae *Hafniensi* donata, cui praefixa est *eiusdem* RESENII Vita, *Hafn. typis Conr. Hartv. Neuhofii*, 1685, 4.

Adami Henr. LACKMANNI de Codice Bibliothecae Academicae *Hafniensis* membranaceo, in quo ADAMI *Bremensis* opera inscripta fuere, Dissertatio critico-litteraria, *Kiliae*, 1746, 4.

SECTIO XI.

DE BIBLIOTHECIS PVBLICIS SVECIAE.

Olaui CELSII Bibliothecae *Vpsaliensis* Historia, *Vps.* 1745, 8. *maj.*

ANONYMI in Bibliothecae *Vpsaliensis* Historiam Stricturae, *Vps.* 1746, 8. *maj.*

Catalogus Librorum, quibus *Ioh. Gabr.* SPARVENFELDIVS Bibliothecam publ. Academiae *Vpsaliensis* auxit et exornauit.
v. supra, Lib. I, Cap. III, Sect. VII, §. V.

Apographum Donationis testamentariae, qua Sac. Reg. Maj. Regnique Sueciae Senator et Cancellarius Magnus, Dn. *Magnus Gabr. de la* GARDIE, Academiae *Vpsaliensi* et Collegio Antiquitatum legauit in perpetuum bonam copiam Librorum MStorum, aut alias rariorum, pertinentium ad Antiquitates, et Historiam trium regnorum Aquilonarium, *Holmiae, typis Nic. Wankiuii*, 1672, *fol.*

SECTIO XII.

DE BIBLIOTHECIS RVSSIAE.

Athanasii SCHIADAE Arcana Bibliothecae Synodalis et Typographicae Moscuensis sacra, tribus Catalogis Codicum Manuscriptorum Graecorum retecta, nunc denuo luci publicae exposita, accurante *Ioh. Erh.* KAPPIO, *Lips. ap. Ioh. Frid. Gleditschii fil.* 1724, 8.

Gottfr. RVHLMANNS *Aufloesung der Frage, was es für eine Bibliothec seyn moechte, welche vorigen Jahres die reisende Russen in einem von der Caspischen See Nord-Ostwerts tief ins Land hinein gelegenen grossen steinernen Gebaeude gefunden, und aus selbiger drey Bücher mit nach Petersburg gebracht haben,* Schleitz, 1721, 4.

CAPVT IV.

CATALOGI ET DESCRIPTIONES HISTORICAE BIBLIOTHECARVM PRIVATORVM.

A.

Catalogus Librorum *Isaaci* ABVAB, Rabini primarii S. Theologiae inter Iudaeos Professoris, *Amst. ap. Dav. Tartas*, 1693, 4.

Bibliotheca *Iac.* AKERSLOOT.

v. cum Bibliotheca *Guil. van* HEVKELOM, vide infra.

Catalogus Bibliothecae *Chr. Gottfr.* ALBERTI, Sen. et Past. Schaffstaed. *Lips.* 1727, 8.

Catalogus Librorum *Iani* ALBINI, I. V. D. *Dordraci, ap. Corn. Willegaerts, 1696, 8.*

Bibliotheca *Almeloueniana*, s. Catalogus Librorum *Theod. Ianssonii ab* ALMELOVEEN, M. D. *Amst. ap. Ioh. Wolters,* 1713, 8.

La Biblioteca Aprosiana, *Passatempo autunnale di* Corn. Aspasio ANTIVIGILMI, *trà Vagabondi di Tabbia detto l' Aggirato,* Bologna, *per li Manolessi,* 1673, 12.

Bibliotheca *Aprosiana*, Liber rarissimus, et a nonnullis inter ἀνεκδότους numeratus, ex lingua Italica in Latinam conuersus. Praemisit Praefationem, Notasque nonnullas addidit, *Ioh. Cph.* WOLFFIVS, *Hamb. litteris Abr. Vandenhoeck,* 1734, 8.

Catalogus Librorum, qui reperiri possunt Bononiae in Bibliotheca *Ioh. Ambr. de* ARGELATIS, pro annis 1712, 1713, *Bononiae, typis Ioh. Petri Barbiroli,* 1712, 8.

Bibliotheca *Arkeliana*, s. *Corn. van* ARKEL, Eccl. Remonstr. Rotterod. Past. *Roterod. ap. Ioh. Dan. Beman,* 1725, 8.

Bibliotheca *Arnoldina*, s. Catalogus Librorum *Cph. et Andr.* ARNOLDI, Gymnas. Norib. Professorum, [confectus a *Sebast. Iac.* IVNGENDRES,] *Norib.* 1725, 8.

Catalogus Bibliothecae *Dan. Henr. ab* AVEMAN, *Cellis,* 1747, 8.

B.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Nic.* BACHELIER, Eccles. Rhemens. Decani, *Paris.* 1725, 4.

Biblio-

Bibliotheca *Bachouiana*, f. Catalogus librorum *Ioh. Frid.* L. B. BACHOVEN, ab ECHT, Duc. Sax. Goth. Minift. Stat. *Gothae, typis Reyherianis*, 1737, 8.

Bibliotheca *Baluziana*, f. Catalogus librorum *Steph.* BALVZII, Tutelenfis, Partes III, {quarum tertia complectitur Codices MSS., Diplomata et Collectanea,} *Parif. ap. Gabr. Martin et Ioh. Boudot*, 1719, 8. *Voll. II.*

Index Bibliothecae, qua *Franc.* BARBERINVS, S. R. E. Cardinalis Vicecancellarius, magnificentiffimas fuae Familiae ad Quirinalem aedes magnificentiores reddidit, Tomi III, Libros typis editos complectentes, *Romae, typis Barberinis, exc. Mich. Hercules*, 1681, *fol. Voll. II.*

(*) Tomus III, in Titulo promiffus, haud prodiit.

Bibliotheca *Bariniana*, f. Catalogus librorum *Ioh.* BARINII, Theologi et Philologi, *Amft. ap. Henr. Desbordes*, 1709, 8.

Bibliotheca *Barreana*, f. Catalogus librorum *Steph.* BARRE, *Aurel. ap. Petr. Rouzeau*, 1704, 8.

Catalogus Librorum D. D. Comitis * * * [de BARTENSLEBEN,] *Parif.* 1712, 12. *maj.*

Bibliotheca felecta *Bartoli* BARTHOLINI, Eloqu. Prof. Reg. *Hafniae, typis Matth. Godicchenii*, 1669, 4.

Catalogus librorum *Iac.* BASNAGII, Eccl. Hag. Palt. *Hagae Com. ap. Ioh. Swart*, 1724, 8.

Inventaire et Prifée des Livres trouvés en la Bibliotheque de François de BASSOMPIERRE, *à Paris, Seb. Cramoify*, 1646, 4.

Catalogus Librorum *Gottfr. Leonh.* BAVDISII, ICti et Prof. Lipf. *Lipf.* 1740, 8.

Catalogus Librorum *Domin.* BAVDII et *Andr.* HARCKONIS, *Lugd. Bat. ap. Ludov. Elzeuirium*, 1614, 4.

Catalogus Librorum *Balth.* BEKKERI, Theol. D. et Ecclef. Amftelaedamenf. Paftor, *Amft. ap. Dan. van den Dalen*, 1698, 8.

Catalogus Bibliothecae *Belbarnofianae*, f. *Franc. de* BEAVHARNOIS, Aurelianenf. Prouinc. Prof. *Aureliae, apud Ioh. Boyer*, 1683, 4.

Bibliotheca *Bentefiana*, f. Catalogus librorum *Alberti* BENTES, Iudicum Amftelod. Praefidis, *Amft.* 1702, 4.

A Catalogue of the Library of Francis BERNARD, *Fellow of the College of Phyficians and Phyfician to S. Bartholomews Hofpital*, Lond. 1698, 8.

Catalogus Librorum *Matthiae a* BEYNINGEN, *Amft. ap. Ioh. Raueften*, 1670, 4.

Bibliotheca *Beyeriana*, f. *Geo.* BEYERI, I. V. D. et Prof. Pand. in Acad. Vitemb. Praemiffa eft *eiusdem* Vita, defcripta per *Ioh. Guil.* IANVM, *Vitemb. litteris Koberfteinianis*, 1715, 8.

Bibliotheca *Bigotiana*, f. Catalogus Librorum *Ioh. Nic.* et *Lud. Emerici* BIGOTII, Partes III, *Parif. ap. I. Boudot, Car. Osmont et Gabr. Martin*, 1706, 8. *Voll. II.*

(*) Cum hac Bibliotheca commixta et fimul vendita eft inftructiffima Bibliotheca *Memmiana*, quamuis nulla eius in Titulo praefenti fiat mentio, qua de fraude conqueritur *Profp.* MARCHAND *dans l' Hiftoire de l' Imprimerie*, à la Haye, 1740, 4. pag. 95 et 96.

Catalogus Librorum *Ioh.* BIRDERII, *Lugd. Bat. in offic. Abr. Commelini*, 1638, 4.

Catalogue des Livres de la Bibliotheque de feu Mr. Le BLANC, *Secretaire d' Etat*, à Paris, *chez Gabr. Martin*, 1729, 8.

Catalogus Librorum *Dav.* BLONDELLI, Hiftor. Prof. Amftelod. *Amft. ap. Ioh. Lefcaille*, 1655, 4.

Catalogue des Livres de la Bibliotheque de feu M. BLVET, *Avocat en Parlement*, à Paris, *chez Pierre le Petit*, 1667, 12. *maj.*

Bibliotheca *Boendermakeriana*, Amſt. 1722, 8.

Bibliotheca *Boeſcheniana*, ſ. Catalogus Librorum *Ern. Guntheri* BOESCHENII, *Lipſ. ap. Barth. Keckium*, 1712, 8.

Bibliotheca du-Boiſiana, *ou Catalogue de la Bibliotheque de S. E. le Cardinal du* BOIS, *recueillie ci-devant par l'Abbé* BIGNON, IV Parties, *à la Haye, chez Iean Swart et B. de Hondt*, 1725, 8. *Voll. II.*

Catalogus Bibliothecae *Alberti* BOSCH, *Hagae Com. ap. Bet. de Hondt*, 1729, 8.

Bibliotheca *Boſiana*, ſ. Libri *Godofr. Chr.* BOSII, Archi-Diac. ad D. Thom. Lipſ. *Lipſ.* 1699, 8.

Catalogue de la Bibliotheque de M. BOVCOT, *Garde-Rolle des offices de France, avec un Catalogue des Eſtampes*, à Paris, 1699, 12. *maj.*

Bibliotheca *Breitenauiana*, ſiue Operum, Librorum, Scriptorum ad omne litterarum genus ſpectantium, editorum et ineditorum, quae *Cph.* GENSCH, a BREITENAV, comparauit, digeſſitque, Catalogus, in Tomos III, et Partes VIII, diuiſus, ac ſelectis quibusdam Annotationibus inſtructus. Praemiſſa eſt memoria *Breitenaviana*, ſcriptore *Ioh. Henr.* a SEELEN, *Lubecae, typis Greenianis*, 1747, 4. *Vol. III.*

Catalogus Bibliothecae, plus quater mille Libris impreſſis et manuſcriptis inſtructae, *Ioh.* BRIDGESII, *Londini*, 8.

Catalogue des Livres de Mr. BRIOT, *à Paris*, 1679, 4.

Muſeum ſelectum, ſ. Catalogus Librorum *Mich.* BROCHARD, cum Indice Auctorum alphabetico, *Pariſ. ap. Gabr. Martin*, 1729, 8.

Catalogus Bibliothecae *Iani* BROVKHVSII, *Amſt. in offic. Wetſteniana*, 1708, 8.

Catalogus Librorum *Iuſti* BVLAEI, v. infra Catal. *Arn.* a NEYVELT.

Bibliotheca *Bulteliana*, ſ. Catalogus Librorum Bibliothecae *Car.* BVLTEAV, Regi a conſiliis et Secretarior. regior. Decani, digeſtus et deſcriptus; a *Gabr.* MARTIN, cum Indice Auctorum alphabetico, Partes II, *Pariſ. ap. Petr. Giffart et Gabr. Martin*, 1711, 8. *Voll. II.*

Catalogi Bibliothecae *Bunauianae* Specimen, *Lipſ. impr. Ioh. Gottl. Imman. Breitkopf*, 1748, 4. *maj.*

Bibliotheca *Burckhardiana*, ſ. Catalogus Librorum *Ioh. Henr.* BVRCKHARDI, Med. D. et Duc. Brunſv. Luneb. Archiatri, Partes IV, *Helmſt. typis Drimbornianis*, 1743, 8. *Voll. II.*

Catalogue des Bibliotheques de Mr. BVRLVGAY, *Theologal de Sens, et de Mr. de* CORBIGNY, à Paris, 1709, 12. *maj.*

Bibliotheca *Burmanniana*, ſ. Catalogus Librorum *Petri* BVRMANNI, I. V. D. Hiſtor. Graec. Ling. etc. Prof. Leid. *Lugd. Bat. ap. Sam. Luchtmans*, 1742, 8. *maj.*

Bibliographia, ſ. Catalogus Librorum Principis BVRNONVILLII, *Pariſ. ap. P. Giffart*, 1706, 12. *maj.*

Catalogus Bibliothecae *Caſp.* BVSSINGII, Superintend. Oldenb. et Delmenh. *Oldenburgi, typis Ioh. Corr. Götzen*, 1733, 8.

Catalogus Bibliothecae *Corn. van* BYNCKERSHOEK, Holland. Zeland. Weſtfriſ. Summae Curiae Praeſidis, *Hagae Com.* 1743, 8. *maj.*

C.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Camerarianae*, Chriſtian-Erlangae, *typis Dan. Mich. Schmatzii*, 1713, 4.

Bibliotheca *Camilliana*, ſ. Catalogus Librorum *Franc. Blouet de* CAMILLY, Archiep. Turonenſis, *Pariſ. ap. Car. Oſmont et Gabr. Martin*, 1726, 8. *maj.*

Cata-

Catalogus Librorum *Siluestri* à CAMPEN, Hollandiae, Zelandiaeque Ordin. Senatoris, item *Ioh.* MATTHISII, Ecclesiastae Harlemensis, *Lugd. Bat. ap. Thom. Basson,* 1612, 4.

Bibliotheca *Caniziana*, Fridericiwerderae, *impr. Gotth. Schlechtiger*, 1700, 8.

Bibliotheca *Cannegiesseriana*, Berolini, 1748, 8.

Catalogus Librorum, vt et aliquot Numismatum antiquorum et hodiernorum. Accedit Supellex Romana *Iosiae van de* CAPELLE, *Lugd. Bat. ap. Iord. Luchtmans*, 1696, 8.

Catalogo della Libreria Capponi *o sia de' libri Italiani del fù Marchese* Alessandro Greg. CAPPONI, *con annotazioni e coll' appendice de' libri Latini, delle Miscellanee, e de i Manoscritti*, Roma, *appr. il Bernabò e Lazzarini*, 1747, 4.

Bibliotheca *Carlsoniana*, Hagae Com. *per Petr. Husson*, 1711, 8.

Bibliotheca *Carpzouiana*, f. Catalogus Librorum *Frid. Bened.* CARPZOVII, *Lips. typis Andr. Leidleri*, 1700, 8.

Bibliotheca *Castelleiniana*, f. Catalogus Librorum *Gerh.* CASTELEYN, I. V. D. Reip. Harlemensis Senatoris, *Lugd. Bat. ap. Iordan. Luchtmans*, 1705, 8.

Catalogus Bibliothecae *Ludov. Henr.* Comitis CASTRI-BRIENNII, *Lond.* 1724, 8. *maj.*

Catalogue des Livres de la Bibliotheque de Iean-François-Paul le FEBVRE, de CAVMARTIN, *Evêque de Blois*, à Paris, *chez Iacq. Guerin et Barois*, 1734, 12. *maj.*

Catalogue de la Bibliotheque de l'Abbé de la CHARITÉ, à Paris, 1717, 12. *maj.*

Catalogus Librorum *Petri* CHAVVIN, Regi a Consiliis, ipsiusque Medici ordinarii, *Paris. ap. Petr. Gandouin*, 1714, 12. *maj.*

Catalogus Librorum, tum typis impressorum, tum manuscriptorum, *Ioh.* CLERICI, *On y a joint le Catalogue de la Bibliotheque particuliere de Madame le* CLERC, *à Amst. ap. Wetsten et Smith*, 1735, 8. *maj.*

Catalogus Librorum Bibliothecae *Ioh.* CLOPPENBVRGII, *Lugd. Bat. ex offic. Petri Leffen*, 1653, 4.

Catalogus Librorum *Ioh.* COCCII, Eloqu. et Hist. Prof. in Acad. Lugd. Bat. *Lugd. Bat. ap. Felic. Lopez*, 1679, 4.

Bibliotheca *Coisliniana*, olim *Segueriana*, siue Manuscriptorum omnium Graecorum, quae in ea continentur, accurata descriptio, vbi operum singulorum notitia datur, aetas cuiusque Manuscripti indicatur, vetustiorum Specimina exhibentur, aliaque multa annotantur, quae ad Palaeographiam Graecam pertinent. Accedunt Anecdota bene multa, ex eadem Bibliotheca desumta, cum interpretatione Latina, studio et opera *Bernardi de* MONTFAVCON, *Paris. ap. Ludov. Guerin et Carol. Robustel*, 1715, *fol. cum fig.*

Catalogus Librorum *Iac. Nic.* COLBERT, Rothomagens. Archiep. *Paris. ap. I. G. Nion*, 1708, 12. *maj.*

Bibliotheca *Colbertina*, f. Catalogus Librorum Bibliothecae, quae fuit primum *I. B.* COLBERT, Regni Administri; deinde *I. B.* COLBERT, March. de *Seignelay*; postea *I. Nic.* COLBERT, Rothomag. Archiep. ac demum *Car. Leonor.* COLBERT, Comitis de SEIGNELAY, PII, *Paris. ap. Gabr. Martin et Fr. Montalant*, 1728, 8. *Voll. II.*

Bibliotheca *Cometiana*, f. Catalogus Librorum *Augustini* le COMTE, in Suprema Subsidior. Curia Senatoris, *Paris. chez Guil. Bure et Fr. Montalant*, 1730, 8.

Bibliotheca *Franc. Car.* CONRADI, Antecess. Acad. Iuliae, secundum materias ordine digessit et praefatus est *Franc. Domin.* HAEBERLIN, T. I, *Helmst.* 1749, 8.

Catalogus Bibliothecae *Conringianae*, Helmst. *typis G. W. Hammii*, 1694, 8.

Catalogue de la Biblioth. de Mr. de CORBIGNI.

v. supra *Bibliotheque de M.* BVRLVGAY.

Bibliothecae *Corbinianae* Catalogus, *Parif. ex typogr. Dionyfii Pellé*, 1654, 4.

Bibliothecae *Cordefianae* Catalogus, [cum praemiffo *Ioh.* CORDESII Elogio, Auctore *Gabr.* NAVDAEO,] *Parif. exc. Ant. Vitray*, 1643, 4.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Phil. de la* COSTE, Doctor. Theol. Parif. *Parif. ap. Charl Ofmont et Gabr. Martin*, 1722, 12. *maj.*

Catalogus Librorum *Florentii* COSTERI, Paftor. ap. Hornanos, *Hornac Weft-Frif. ex typogr. Breebeertiana*, 1704. 8.

Catalogus Bibliothecae *Sam.* COSTERI, Archiatri Amftelod. *Amft. ap. Cafp. Commelinum*, 1665, 4.

Catalogue des Livres de la Bibliotheque de Bernard COVET, *Chanoine de Notre Dame etc. Abbé de* ONTMORIGNI *à Paris, chez Iacq. Barois*, 1737, 12. *maj.*

Catalogue de la Bibliotheque de M. COVVAY, *Chevalier de l'ordre de Chrifte, Secretaire du Roy*, à Paris, 1728, *fol.*

* *Ce Catalogue n'a point été mis en vente, et il n'y en a que très peu d'Exemplaires de tirez, dont on a fait des préfens*, v. Catalog. Bibliothecae Selectiff. *Dni de* SCHOENBERG, Tom. I, p. 98.

Bibliotheca *Creniana*, f. Catalogus Librorum *Thomae* CRENII, *Lugd. Bat. ap. Conr. Wishoff*, 1730, 8. *maj.*

Bibliotheca *Cromhoutiana*, f. Catal. Librorum *Barth.* CROMHOVT, *Amft. ap. Henr. Boom*, 1703, 8.

Catalogus Librorum *Petri* CVYLII.

v. infra, cum Catal. Libr. REYNERI.

Bibliotheca felecta *Ioh.* CYPRIANI, Prof. Theolog. Lipf. Partes II, *Lipf. ap. Aug. Martini*, 1724, 8. *Voll. II.*

Bibliotheca *Cyprianica*, f. Catalogus Librorum *Ern. Sal.* CYPRIANI, Théol. D. Confiliar. Confift. et Ecclef. Gothan. Accedunt tres Indices, *Gothae, fumt. Ioh. Andr. Reyheri*, 1726, 8.

—— Idem Catalogus, Editio auctior, *Lipf. ap. Geo. Marc. Knoch*, 1733, 8.

D.

Bibliotheca *Dalmanniana*, Hagae Com. 1723, 8.

Catalogue des Livres de Mr. DALMAS, *Avocat au Siege Prefidial de Tours*, Amboife, *chez Iean Legier*, 1703, 4.

Bibliotheca *Danefchioldiana*, f. Catalogus Librorum *Chriftiani Comitis de* DANESCHIOLD. Accedunt *Eiusdem* Collectio Mapparum geographicarum; Catalogus Codicum Manufcriptorum, et Numismatum antiquorum, *Hauniae, e Typogr. Regio*, 1732, 4.

Bibliotheca felecta *Diceliana*, Lipf. 1711, 8.

Bibliotheca mifcella *Dieftiana*, f. Catalogus Librorum *Fred. Gul.* a DIEST, *Traj. ad Rhen. ap. Ioh. Broedelet*, 1732, 8.

Catalogus Librorum *Ioh. Bapt.* DODART, Archiatri Reg. *Parif. ap. Gabr. Martin et Lud. Guerin*, 1731, 8.

Catalogus Bibliothecae *Ern. Frid.* de DOERING, *Lipf. litteris Crucigerianis*, 1730, 8.

Catalogus Librorum *Phil.* DOVBLETII, *Hagae Com. ap. Abr. de Hondt*, 1709, 8.

E.

Bibliotheca Viri Illuftr. *Frid. Adolphi Hanfen* ab EHRENCRON, Reg. Dan. Confiliar. Status etc. continens apparatum egregium Librorum exquifitiff. vti et Codicum MSS. magna ex parte typis nunquam euulgatorum, *Naupotami*, vulgo *Schiffbeck, typis Herm. Henr. Hollii*, 1717, 4.

Bibliotheca felectiffima *Sam.* ENGELII.

v. fupra, inter Catalogos libror. rarior. Lib. I, Cap. III, Sect. VII, §. IV.

Biblio-

Bibliotheca *Erndeliana*, f. Catalogus Librorum *Chr. Henr.* ERNDELII, Sereniss. Augusti II, Reg. Pol. et El. Sax. Archiatri, *Dresdae*, 1735, 8.

Catalogus Librorum, in diuersis Linguis orientalibus, partim manuscriptorum, partim typis editorum, Bibliothecae *Thomae* ERPENII.

Accessit *Petri* SCRIVERII Manibus ERPENIANIS, *Lugd. Bat.* 1625, 4.

*Catalogue des Livres de la Bibliotheque du Marechal Duc d'*ESTREES, *Tom. I, II,* à Paris, *chez Iacques Guerin*, 1740, 8. *maj. Voll. II.*

F.

Catalogus Librorum *Seruatii* FABRI, Med. Doctor. Dordrac. *Lugd. Bat. ex offic. Thomae Basson*, 1605, 4.

Ioh. FABRICII Historia Bibliothecae *Fabricianae.*

v. supra, inter Scriptores Iudiciorum, Lib. I, Cap. III, Sect. IV.

Bibliotheca *Ioh. Alb.* FABRICII, SS. Theol. D. P. P. Hamb. Partes IV, [quarum postrema praecipue complectitur Libros MStos, Icones, apparatum instrumentorum mathematicorum, naturalium, et arte factorum,] *Hamb.* Pars I, 1738, II, III, 1739, IV, 1741, 8. *Voll. IV.*

Catalogus Librorum Bibliothecae *Engelb. della* FAILLE, Baronis *d'*ESTIENPVIZ, *Bruxellis*, *typis Eug. Henr. Frick*, 1680, 4.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Ioach.* FAVLTRIER, Abbat. B. Virginis Arduennes et S. Lupi Tricassini, digestus a *Prosp.* MARCHAND, *Paris. ap. Prosp. Marchand et Iac. Quillau*, 1709, 8.

Catalogus Bibliothecae *Esprit* FLECHIER, 1725, 8. *maj.*

Iuan Francisco ANDRES *Disenno de la insigne i copiosa Bibliotheca de* Francisco FILHOL, *Presbitero i Hebdomadario en la Santa Iglesia Metropolitana del Protomartyr san Estervan, de la ciudad de Tolosa*, en Huesca, *por Iuan Franc. de Larumbe*, 1644, 8.

Catalogus Bibliothecae *Mart.* FOGELII, Prof. Hamburg. *Hamb.* 1679, 8.

Catalogus Librorum *Henr.* de FOVRCY, Comitis Consistoriani, *Paris. ap. Gabr. Martin*, 1713, 8.

Catalogus selectissimorum Librorum *Petri* FRANCII, Eloqu. et Histor. Prof. Amst. quorum plurimi manuscripti antiqui bonae notae, tam Graeci, quam Latini, alii virorum doctrina illustrium manu et annotatis ornati, vna cum Indice Iconum pictarum Illustr. Eruditorum, *Amst. ex offic. Wetsteniana*, 1705, 8.

Bibliotheca *Franckensteiniana*, Lips. 1718, 8.

A Catalogue of Manuscripts, in the Persic, Arabic and Sanskerrit languages, collected in the East by Iames FRASER.

Is inserted at the End of Iames FRASERS *History of Nadir Shah*, London, 1742, 8. p. 1-40.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Raph. Tricheti du* FRESNE, *Paris. ap viduam et heredes*, 1662, 4.

Catalogus Bibliothecae *Ioh.* FVNGERI, I. V. D. et Gymnas. Franeker. Rectoris, *Lug. Bat. exc. Henr. Ludovici ab Haestens*, 1613, 4.

G.

Bibliotheca *Ioh.* GALLOYS, Abbatis S. Martini Corens. etc. f. Catalogus eius Librorum, digestus a *Laur.* SENEVZE, *Paris. ap. Laur. Seneuze*, 1710, 12.

Catalogus Librorum Bibliothecae *Gaudlizianae*, *Lips.* 1745, 8.

Catalogus variorum et rarissimorum Manuscriptorum, qui omnes fere inediti sunt, *Dav. Fludvan* GIFFEN, *Dordraci*, 1702, 8.

Bibliotheca *Gleichiana*, f. Catalogus Librorum *Ioh. Andr.* GLEICHII, Concionatoris Aul. Dresdensis, *Dresdae*, 1735, 8.

Cata-

Catalogus der Gleichmannifchen *Bibliothec, mit Anmerckungen erlaeutert von* Ioh. Zach. GLEICHMANN, *I, II Theil,* Iena, *1735, 1736, 8.*

Catalogus Librorum Bibliothecae *Gerardi* a GOER, Aulae Comit. ab Hoorn Praefecti, *Lugd. Bat. ex offic. Tho. Baffon,1609,4.*

Catalogus Librorum *Iac.* GOLII, Mathef. et Arab. Ling. Prof. in Acad. Lugd. Bataua, *Lugd. Bat. 1668, 4.*

Catalogus Librorum MSS. in omni facultate Linguisque, Arabica, Perfica, Turcica, Chinenfi etc. quos *Iac.* GOLIVS ex variis Regionibus collegit, *Lugd. Bat. 1668, 4.*

—— Idem, *Ibidem, ap. Ioh. du Vivié, 1696, 16.*

Catalogus Librorum *Franc.* GOMARI, S. Theol. et Hebr. et Gr. Ling. Prof. in Acad. Groningenfi, *Lugd. Bat. ex offic. Elzeuiriana, 1641, 4.*

Catalogus Bibliothecae *Ioh. Geo.* GRAEVII, Polit. Hift. et Eloqu. Prof. in Acad. Traiectina, *Traj. ad Rhen. ap. Guil. van de Water, 8.*

Catalogus Librorum *Theod.* GRASWINCKELII, Aduocati Fifci Holland. et Weftfrifiae, *Hagae Com. ex offic. Theod. Duercant, 1667, 4.*

Bibliotheca *Gregoriana,* f. Catalogus Librorum *Franc. Chr.* GREGORII, Reg. Boruff. a Confiliis bellicis et aulic. Partes II, *Regiom. typis Dreyerianis, 1730, 8. Voll. II.*

Bibliotheca *Gribneriana,* f. *Mich. Henr.* GRIBNERI, Pot. Reg. Pol. et El. Sax. Confil. Aul. etc. Partes II, *Lipf. ex offic. Langenhemiana, 1734, 8. Voll. II.*

Catalogus Librorum *Henr. de* GROOT, *Lugd. Bat. ap. Bald. van der Aa, 1698, 8.*

Bibliotheca *Gruteriana,* f. Catalogus Librorum *Sam.* GRVTERI, Ecclefiaftae Harlemenfis, *Lugd. Bat. 1700, 8.*

Bibliotheca Librorum et MSS. Codicum Arabicae, Graecae Latinaeque Linguae, *Marqu.* GVDII Reg. Dan. Confiliar. Stat. etc. *Kilonii, litteris Barth. Reutheri, 1706, 4.*

Catalogus Codicum MStorum etc. *Marqu.* GVDII. Editio altera, *Lipf. litteris Zeidlerianis, 1707, 8.*

Catalogus Bibliothecae *Gundlingianae,* f. *Nic. Hieron.* GVNDLINGII. Digeffit edidit-que *Chr. Bened.* MICHAELIS, *Halae, per Ioh. Grunertum, 1731, 8.*

Catalogus Librorum Bibliothecae *Tobiae* GVTBERLETHI, ICti, et Biblioth. Acad. Franeker. Praefecti, *Franequerae, typis A. Ielmeri, 1703, 8.*

H.

Bibliotheca *Nic.* HAAS, Paftoris Primar. Budiffinenfis, *Budiffae, litteris Richterianis, 1716, 8.*

Catalogus Librorum *Petri van der* HAGEN, Paftoris Amftelod. *Amft. 1674, 4.*

Catalogus Librorum *Guillelmi van* HAMME, Ecclef. Antuerp. Canonici, *Antv. typis Marcelli Parys, 1668, 4.*

Catalogus Librorum *Andr.* HARCKONIS. *v.* fupra Catal. Libror. *Dominici* BAVDII.

Catalogus Bibliothecae *Harleianae,* in locos communes diftributus, cum Indice Auctorum, et Praefatione *Mich.* MAITTAIRE, *Londini, ap. Thom. Osborne, 1743, 8. maj. Voll. II.*

Bibliotheca *Hartfoekeriana,* f. Catalogus Librorum *Nic.* HARTSOEKERI, Mathematici, *Hagae Com. ap. Ioh. Swart, 1727, 8.*

Bibliotheca *Hauercampiana,* f. Catalogus Librorum *Sigeb.* HAVERCAMPI, Hift. Eloqu. et Gr. Ling. Prof. in Acad. Lugd. Bat. *Lugd. Bat. ap. Sam. Luchtmans, 1742, 8. maj.*

Catalogus Librorum *Saphaei ab* HEEMSTRA, p. m. Collegii Archithalaffici-Amftelodamenf.

menf. membri, *Lugd. Bat. ap. Petr. van der Aa*, 1692, 8.

Catalogus Librorum *Ioh.* HEIDANI, Amstelod. Ecclef. Reform. Paftoris, *Amft. ap. Cafp. Commelinum*, 1670, 4.

Bibliotheca *Ioh. Mich.* HEINECCII, Superintend. Gener. Paftor. Prim. Halenfis, *Halae, Magdeb. litteris Salfeldianis*, 1723, 8.

Bibliotheca *Heinfiana*, f. Catalogus Librorum *Nic.* HEINSII, Dan. Fil. in duas partes diuifus, *Lugd. Bat. ap. Ioh. de Viue*, 8.

Catalogus Bibliothecae *Heinfonianae*, nec non Pars Bibliothecae *Henr. Adr. van der* MARK, Ecclef. Vltraj. Canonici, *London*, 1728, 8. *maj.*

Bibliotheca *Hemmiana*, f. Catalogus Librorum [et MStorum] *Henrici van der* HEM, ICti. *Amft. ap. Henr. et Theod. Boom*, 1674, 4.

Catalogus Librorum *Theodori* HERMANNI, I. V. D. *Lugd. Bat. ap. vid. Adr. Seuerini*, 1678, 4.

Catalogus Librorum *Bernardi* a HERMKHVYSEN, Ecclef. Paft. Lugd. Bat. et *Henr.* SYBING, *Lugd. Bat. ap. Iordan Luchtmans*, 1701, 8.

Bibliotheca *Heffiana*, f. Catalogus Librorum *Zach.* HESSE, Prof. Iur. et Conful. Regiomontani, *Regiom. Boruff.* 1731, 8.

Libri maximam partem phyfici et medici argumenti (*Ioh. Henr.* HEVCHERI,) in ordinem digefti, *Dresdae, prelo Eman. Frid. Harpeter*, 1740, 8.

Catalogus Bibliothecarum *Guil. van* HEVKELOM, nec non *Iac.* AKERSLOOT, *Hagae Com. ap. Adr. Moetjens*, 1730, 8.

Catalogus van verfcheyde rare Boecken van Iohannes van HEXTOR, Med. Doct. *Amft. by Alexand. Lintmann*, 1674, 4.

Bibliotheca fpecialis, quam ad Mufei fui, Naturae, Artis et Antiquitatis Collectanea elucidanda, fibi et Amicis comparatam Confluentiae afferuat *Ioh. Crafto* HIEGELL, Med. Doct. 1726, 4.

Bibliotheca *Hillensbergiana*, f. Catalogus Bibliothecae *Theod.* HILLENSBERGH, Aduocati, *Amft. ex offic. Henr. Boom*, 1683, 4.

Catalogus Bibliothecae *Abr.* HINCKELMANNI, Paft. ad D. Catharinae Hamburgi, *Hamb. typis Nic. Spiring*, 1695, 8.

Catalogus Bibliothecae Manufcriptae *Abr.* HINCKELMANNI, *Ibidem*, 1695, 4.

Bibliothecae *Hoffmannianae* Catalogus, fecundum materias diftributus, f. Librorum *Ioh. Guil.* HOFFMANNI, Hift. Prof. Vitemb. Tomi II, *Vitemb. litteris Eichsfeldii*, 1741, 8. *Voll. II.*

Catalogus Librorum *Ioh.* HOGELANDII, nec non *Engelb* SIBELII, *Lugd. Bat. ap. Godefr. Baffon*, 1616, 4.

